4

DE SYLLABARVM ET CARMINVM RATIONE, LIBRI DVO, AVCTORE Rodolpho Gualthero Tigurino.

¶ LONDINI,
Excudebat Guilielmus Williamsonus,
Anno 1573.

STC 25011

DE RATIONE SYLLABARVM

LIBER PRIMVS.

Olent fere, qui de ratione carminis hactenus scripserunt, ab ipsis incipere syllabis, quod & nobis non absurdũ esse visum est. Quamuis non ignorẽ primum quasi locum in hac arte discenda legitimã iustamq; lectionẽ & enunciationẽ carminis obtinere, quare & pedum cognitio iuræ præponẽda esse videatur: videre tamẽ non possum, quo nam modo puer & pedes intelligere & carmen secundum illorum ἄρσιν & θέσιν legere possit, qui syllabarum quantitatem ignoret. Ne igitur hæc res primum tyronẽ impedat, primo statim libro de syllabarũ omnium natura quàm brevissimè disseremus. Secundo carminis rationẽ vnà cum ipsorum origine, virtutibus & vitijs, quantum institutæ breuitas admittit, persequemur. Quia autem syllaba constat literis, primùm de illis dicendum est, vt partibus bene intellectis, eò melius totius cognitionem perueniamus.

DE LITERIS. Cap. I.

Literæ apud Latinos sunt duæ & viginti,

A B C D E F G I K L M N O P Q R S T V X Y Z. *Aspirationis enim nota* H, *literæ non est, quemadmodum nec spirituum notæ apud Græcos pro literis habentur. Vocalis enim* H. *non potest, cùm illis aspiret tantùm. Con-*

ſonantibus etiam nõ poterit adnumerari, cùm nul-
lam poſitionem poſſit conſtituere. Quanquam non
deſint, qui illam inter conſonantes referant, earum
vim illi tribuentes, quòd vident nonnunquam eam
ſine vocalium colliſione ſequi dictionem vocali fi-
nitam, vt apud Vergilium:

Clamaſſent vt littus Hyla Hyla omne ſonaret.
Sed ego hoc malim inter alias referre poëtarum li-
centias, de quibus in poſteriori libro tractabimus.

K. *Conſonans etiam* K *apud Latinos ſuperflua vi-*
detur: quia in nullis Latinis, ſed Græcis tantũmo-
do dictionibus inuenitur, vt Kalendæ. Pro hac au-
tem Latini plerunque litera C *vti conſueuerunt.*
Quim & duas poſtremas, Y *ſcilicet &* Z, *à Græ-*
tranſlatas eſſe apparet.

Literarum diuiſio. *Diuiduntur autem omnes hæ in vocales & con-*
ſonantes. Vocales quidẽ Latinæ ſunt quinq;, A, E,
Vocales. I, O, V, *& vna Græca* Y. *Reliquæ verò omnes ſun-*
conſonantes. Dicuntur autem vocales, quòd ſol-
per ſe vocem vel ſonum perfectum edant. Conſonã-
tes verò dictæ ſunt, quod per ſe vocem perfectam
non edant, ſed vocalibus coniũctæ illis conſonent.

Cæterùm vocales apud Latinos, omnes ancip-
tes ſunt, id eſt, in nonnullis dictionibus corripiun-
tur, in nonnullis verò producuntur.

Diphthongi. *Fiunt etiam ex iis Diphthongi, vſitatæ quidẽ*
quatuor, Æ, OE, AV, EV, *& Græca* EI, *que olim*
quidẽ in fraquentiſſimo vſu fuit, hodie autem pe-
nitus exoleuit. Sed & inter omnes has duæ tantũ
modo, AV *&* EV *ſcilicet ſuam propriã & natiuam*
pr

pronuntiationẽ retinuerũt, vt Auris, Eurus. Reliquæ enĩ pronũtiatione nihil à simplicibus differũt.

Consonantes diuiduntur in Mutas & Semiuocales. Mutæ sunt nouem, BCDFGKPQT, *sic dictæ, non quòd omni sono careant, sed quòd tenuissimum tantummodo edant & obscurum. Semiuocales sunt septem,* LMNRSxZ, *sic dictæ, quòd sono clariore & vocalibus propinquiore efferantur. Diuiduntur autem eædem rursus. Quædam enim ex illis dicuntur Liquidæ, quæ sunt* LMNR. *Quia post mutas positæ in eadem syllaba positionem non faciunt, sed syllabam constituunt liquidam id est, fluxam & ancipitem, vt Tenebræ penultima tam correpta quàm producta poëtæ ponere consueuerunt. Duæ verò ex illis duplices dicuntur,* X *scilicet &* Z, *quorum illud ex* GS *vel* CS, *hoc verò ex* SS *plerunque componitur.* S *autem ex omnibus elementis sui quodammodo iuris est, nec aliorum ordinibus communicat, quare id Græci* μοναδικὸν *appellârunt.*

consonatium diuisio. Semiuocales. Liquidæ. Duplices.

Vltimo tamen notandum est, quod I *&* V *duplicem naturã habent, nunc enim vocales, nunc verò consonantes sunt. Vocales, vt in Iter, Vnus, Ingẽs, Solus. Consonantes, vt Iactus, Iugum, Volo, &c.*

I & V.

DE SYLLABA ET EIVS ACCIDENTIBVS. Caput. II.

SYllaba à Grammaticis definitur duarum pluriúmue literarũ compræhensio, vno spiritu & accentu pronunciata. Nec refert quòd non-

syllaba.

nunquam integram syllabam vna tantùm litera abſolui inuenies: quia id per catachreſim ſyllabam vocauerunt. Nec negligendum, quod Priſcianus admonit, nullam ſyllabam ſex literarum numerum excedere.

Accidentia. Syllabæ.

Accidunt autem ſyllabæ tria, Accentus, ſpiritus & Tempus.

Accentus.

Accentus, quẽ alij Tenorem vocant, eſt ea pronunciãdi ratio, qua ſyllaba vel attollitur vel deprimitur: & ſunt tres, Acutus Grauis Circũflexus

Spiritus.

Spiritus ſunt duo, Tenuis, quo ſyllaba lenitè effertur, vt Ara: Denſus vel Aſper, quẽ & Aſpirationem vocãt, cuius nota eſt H, vt Hara Sed apud nos nec tenuis ſpiritus, nec accentus ſcribi cõſueuerunt. Solus circumflexus nonnunquam pingitur in dictionibus ſyncopatis, vt Virûm pro virorum

Tempus.

Tempus eſt mora enunciandi ſyllabam. Longa enim habet tempora duo: Breuis verò vnum tãtum qua temporum ratione, alia ſyllaba longa, alia breuis, alia communis dicitur. Longæ quidem ſunt breues, quæ perpetuò tales ſunt, nec immutantur communes verò, quæ aut natura tales ſunt, vt nũ corripi, nũc produci poſſint: vel auctoritate Poetarum ſic vſurpatæ. Natura enim communes ſunt in quibus vocalem natura breuem ſequitur mu cum liquida, vt Salebræ ⏑⏑ media correpta, Salebræ ⏑ -- media producta. Auctoritate communes ſunt, quibus probati auctores nunc long nunc breuibus ſunt vſi, vt Hymen, Rudere, &c

Cognoſcitur autem ſyllabæ quãtitas noue

dis, Positione, diphthongo, vocali ante vocalem, derivatione, compositione, præpositione, analogia, exemplo & regulis specialibus. De quibus omnibus nunc ordine disseremus.

DE POSITIONE. Cap. III.

OMnis positio producitur. Generalis hæc est regula, omnes syllabas, primas, medias & vltimas cõprehendens. Est autẽ positio, quãdo duæ consonantes vel vna duplex sequuntur vocalem nulla alia vocali intercurrente. Et potest ea contingere, vel cùm vtræq; consonantes in vna dictione sunt, vt in Spargo, Cornix: vel cùm in diuersis, id est, vt præcedens dictio consonante finiatur, & sequens à consonante incipiat: vt, Positio.

Syluarum lucos circumspicit antiquarum.

Primò autem notandum est, quod I consonans in simplici dictione inter duas vocales posita semper positionẽ faciat, vt in Maior, Peior. Huiusmodi enim dictiones apud veteres duplici ij scribi consueuerant, hoc modo, Maijor, Peijor. In compositis autem hoc non fit. Reijcio enim primam nõ producit, sed corripit natura, vt apud Statium. Cautio primæ.

Tela manu reij-ũ citq; canes in vulnus hiãtes.

Quanquam hic multa aliorum exempla obijci possint, in quibus Re sic composita producitur.

Secundò notandũ est, nullam apud Latinos posse positionem fieri, si consonantes vtræq; ad sequentem dictionem pertineãt, vt hoc Horatiano patet: II.

Linquimus insani ridentes præmia scribæ.

III. *Tertiò hîc obſeruatur (cuius & ſupra meminimus) quòd muta cum liquida poſitionem non facit natura longam, ſed communem ſyllabam, vt patris vnà cum reliquis obliquis primâ tam corripit quàm producit. Vbi tamen hoc diligenter animadvertendum eſt, quòd huiuſmodi ſyllabæ poſſunt quidem ſi natura breues fuerint, produci: nō antè corripi, ſi natura ſint productæ, vt* Tenebræ *poteſt quidem penultimam hac poſitione (ſi modò ſic nominãda eſt) producere, quia* E *illud ante* B *natura corripitur: ſed Aratrum, Lauacrum, Simulacrũ, Salubris & ſimilia penultimã, quæ natura producitur, corripere nō poſſunt. Deinde neceſſe eſt ambas illas, Mutam ſcilicet cum liquida, in eadẽ ſyllaba cum vocali ſequenti ſumi: nam ſi per ſyllabas diuidãtur, vt in compoſitis, Abluo, Obruo, & ſimilibus, non valebit hæc exceptionis lex. Poſtremò inter liquidas nullæ ferè hoc ſibi iuris vendicant præter* L *&* R. *Nam* M *&* N *apud Latinos non facilè ſic poſitas inuenies, præterquàm in Græcis dictionibus, vt Cygnus, Progne, &c.*

DE DIPHTHONGIS. Caput. IIII.

Exceptio. *Omnis diphthongus longa eſt. Hæc etiam regula, cùm generalis ſit, ad omnes ſyllabas pertinet. Excipitur autem præpoſitio Præ ſi in compoſitione vocalis ſequuta fuerit, vt:*

Stipitibus duris agitur ſudiúſue præuſtis.

Inuenies tamen aliquando Poëtarum exempla, in quibus

quiqus diphthongi, non elisæ per synalæphen, corripiuntur, vt insulæ Ionio, &c. Hæc autē non legitimè sed per licentiam fieri scias.

Patiuntur autē nonnunquam diphthongi diæresim, id est, diuisionem vel resolutionem. AE enim in AE & AI diuisas syllabas apud veteres diuiditur, vt apud Horatium, Hic murus aheneus esto. Et apud Vergiliū, Aulai in medio, &c. Cuius formæ exempla apud Lucretium vbique sunt obuia. Diæresis Diphthongorum.

Sic OE in OE diuisas syllabas diuiditur, vt Euohe pro Euœ. Sic AV nonnunquam resoluitur in duas syllabas, quod tamen rarius fit, vt apud Catullū: Verbosa gau-uudet Venus loquela· Phaleucium est. Resoluitur & EV in EV diuisas syllabas, vt apud Vergilium:

Heu--quàm pingui macer est mihi taurus in aruo.

Hoc modò & propria nomina quædā in eus diuisam diphthongū reperias, ita vt E penultimū producatur, vt Gryneus apud Ouidium, Anteus apud Vergil. trisyllaba facta ex dissyllaba.

DE VOCALIANTE VOCALEM. Cap. V.

VOcalis ante vocalem posita in eadem dictione corripitur, vt deus VS. Obseruent autem hic iuniores vt neutra vim consonantis habeat, quales sunt I & V: nam si id contigerit, non dicetur vocalis ante vocalem, sed consonantem posita, vt in Uua. Secundò notandum, vt in eadem sint dictione positæ: si enim in diuersis fuerint, aut elidūtur, aut Ora- Primo cautio. secundæ.

Græcorum imitatione cõmunes fiunt, si natura producantur, de qua re infra dicetur copiosius: vt, Et lõgum formose vale vale, *inquit, Iola. Vbi vltima in dictione vale per se longa, propter vocalẽ* I *sequẽtem corripitur. Quam rationem & composita sequuntur, vt de & similiæ.*

Exceptiones.

Exceptio prima. *Excipitur primùm verbum Fio cum omnibus ab ipso descendentibus, vt Fiebam, fiebas: quia in ijs* I *producitur, vt, Si fortuna volet fies de Rhetore Consul, Si tamen* R *sequatur,* I *corripitur, vt confieri possit, &c.*

II. II. *Excipiuntur genitiui antiqui primæ declinationis in* AI, *vt Furit intus aquai, &c. Hac ratione & vocatiui Cai, Pompei & alij his similes penultimam producunt, quia nimirum apud veteres duplici i scribebantur: quæ scribendi forma licet amissa sit, syllabæ tamen quantitas remansit.*

III. III. *Notabis genitiuos & datiuos quintæ declinationis in ei diuisas syllabas: in his enim* E *penultimum, si inter duas vocales medium ponatur, semper producitur, vt Diei ◡–, Faciei ◡◡–. Si verò ãnte* E *ponatur cõsonãs, corripitur, vt Fidei ◡◡-, Rei ◡-, Spei ◡-. Lucretius tamen Rei prima producta vsus est.*

IIII. IIII. *Excipiuntur genitiui pronominũ secundæ declinationis in ius & nominũ etiã quæ illorũ declinationem sequũtur, vt sunt, Vnius, Nullius: in ijs enim* I *penultimæ syllabæ est indifferẽs. Hinc aútem rursum notanda sunt, genitiuus Alius, qui*

penúl-

penultimã ſemper producit propter nominatiui differentiam, & Alterius penultima ſemper correpta: quia hoc nomẽ ſolùm eſt huius formæ, cuius genitiuus duabus ſyllabis ſuũ nominatiuũ excedit. Subexceptio.

V. Excipe nõnullas interiectiones, vt Eheu, Ohe, Eho, Ahu, & his ſimiles. Quo etiam illud Optandi referri poſſe videtur, O vtinam, &c. V.

VI. Demũtur hinc Græca quædã, quæ in Latinũ vſum trãſlata ſunt, qualia ſunt, Dius, Dia, Diũ Aër & Diana, quod tamẽ vltimũ primã & producit & corripit. De reliquis dictionibus Græcis & in primis omnibus proprijs brauitatis inſtitutæ cauſa nihil dicemus: quia vſu facilimè addiſcũtur. VI. Eous pr. co umsm habet

DE DERIVATIVIS. Cap. VI.

TAnta eſt quantitas deriuatiui, quanta eſt ſui primitiui, dũmodo nec literarum immutatio, nec aliqua alia cõmuniũ regularũ coincidat, vt Dominor ניניני, Donminus ניניני. Eſt hæc regula de omnibus dictionibus intelligẽda, quacunque ratione à ſe multò deriuatis. Sic enim tempora quæ à præſenti formantur præſentis quãtitatẽ retinẽt, quæ a præterito deſcendũt, Præteriti etiã naturã ſequũtur, vt Iuuabã, Iuuabo, Iuuarẽ, Iuuem, primam corripiũt, quia & præſens Iuuo à quo formãtur primã corripit: vt Iuuerã, Iuuiſſẽ, Iuuerim, Iuuero, Iuuiſſe, primã producũt, ſecundũ ſui præteriti quantitatem. Sic etiã nomina verbalia ſuorum temporum & ſupinorũ à quibus ſumuntur quãtitatẽ habent, vt viſum viſu, primã producũt: ſic & Viſio & Viſus quæ ab his formantur. Et ſic de reliquis.

Notan-

Nota. *Notandum autem hîc quod in regula de literarum mutatione additum est: crebrò enim fit vt aut vocali aut consonante mutata mutetur & quantitas, vt Foueo prima correpta deriuatiuum facit. Fomes prima producta per* V *mutatum in* M*: & Notus prima producta facit cognitus,* O *longo mutato in* I *correptum. Sed de his infra. Tutissimũ autem hic fuerit, si analogiam & etyma dictionum diligenter inspexerimus: sæpe enim deriuatorum formis & specie falluntur, qui vocabulorum originem non penitus considerant.*

Exceptio. *Excipiuntur autem quædam à regula, quorum catalogum hîc subiectum esse cernis.*

DERIVATIVA PRODVCTA à primitiuis correptis.

Cuna —	*à Græco* κυνεῖν ⏑-
Feria -⏑-	
Feriari -⏑--	*à verbo Ferio* ⏑⏑-
Feralis --⏑	
Feronia --⏑⏑	*à verbo Fero* ⏑-
Humor -⏑	*ab Humus* ⏑⏑
Iapetites a longo	*ab Iapetus* -⏑⏑
Iugerum -⏑⏑	*à Iugum* ⏑⏑
Laterna --⏑	*à Lateo* ⏑⏑-
Lemuria ⏑-⏑⏑	*à Lemures* ⏑⏑-
Lex legis -⏑	*à Lego* ⏑-
Macero -⏑-	*à Macer* ⏑⏑
Nitella --⏑	*à Niteo* ⏑⏑-
Rapum -⏑	*à Rapio* ⏑⏑-

Regula

Regula -UU	*à Rego* U-
Remus -U	*à Græco ῥέδω* U-
Rex regis -U	*à Rego* U-
Secius -UU	*à Secus* UU
Sedes --	*à Sedeo* UU-
Sicelis -UU	*à Siculus* UUU
Stipendium --UU	*à Stipe* UU
Tegula -UU	*à Tego* U-
Totus -U	*à Tot* U
Vena U-	*à Venio* UU-
Vitupero -UU-	*à Vitium* UUU
Vox vocis -U	*à Voco* U-

DERIVATIVA CORREPTA.
à primitiuis productis.

Appullus -UU	*ab Appuli* --UU
Arena U-U	*à verbo Areo* -U-
Ariſta U U	
Arundo U--	
Dux ducis UU	*à Duco* --
Dicax U-	*à Dico* --
Lituus UUU	*à Lite* -U
Lotium UU	*à Lotum* -U
Lucerna U-U	*à Luceo* -U-
Nato U-	*à Nare* -U
Sopor UU	*à Sopio* -U-
Soporo U--	*ab eodem*
Stabilis UUU	*à Stabam* -U
Varicoſus UU-U	*à Varix* --
Vitium UUU	*à Vito* --

Nume-

Numerantur à quibusdã his multò plura, sed quæ partim facilius ex alijs regulis addiscas, partĩ quorum etymon adeò longe petitũ est, vt inter se Δις δεα πασᾶν, *quod aiunt, differre videantur.*

DE COMPOSITIONE, Caput. VII.

Videntur quidem deriuatiua cum compositis posse cõiungi: quia quæcunq; composita sunt, deriuatiua quoq; possunt iudicari, sed non è contra: quare cum re ipsa inter se differant, nec nos ea in hisce nostris præceptis coniungere voluimus.

Composita sequuntur quantitatem suorum simplicium, & contrà, vt Amicus prima breui, Inimicus ante penultima etiam breui dicimus.

Multum hæc regula adiumenti affert discentibus: quia sæpissimè euenit, cùm in simplici quantitatem primæ syllabæ ignoramus, vt ea per compositionem penultima facta, ex pronuntiationis accentu quanta sit dijudicari possit.

Compositorum ratio duplex.

Considerantur autem composita dupliciter: aut enim prior illa cõpositæ dictionis pars integra est, aut corrupta. Integra, vt in Maleuolus, Beneficus. Correpta, vt in Munificus, Nugigerulus.

Composita ex integra.

Quæ igitur priorem compositi partẽ integram seruant, plerunq; simplicis sui quantitatem sequũtur, vt Maledicus, Maleuolus, Beneuolus, Maledictum, Benefactum, Siquis, Nequis, Quicunq; & similia. Quo etiam pertineut, quæ cum præpositionibus componuntur, de quibus postea agetur.

Excipi-

Excipiuntur autẽ nonnulla, quæ finalem compositæ dictionis integræ præter simplicis sui naturã mutant, qualia sunt, Siquidẽ ᴗᴗᴗ *à Si, quod semper producitur. Ibidem & vbiq; media producta, cum simplicia* Ibi *&* vbi I *habeant indifferẽs. At Vbicunque primitiui sui & simplicis naturam seruat.* Exceptio.

Item quæ componuntur cum Retro, Intro, quãdo plerunque O *producunt, cum simplicia huius quantitatem varient.*

Si verò prior illa compositionis pars corrumpatur, corruptio vel in E *vel in* I *fieri solet. Quòd si prior pars corrupta in* E *finiatur & sint cũ verbis cõposita, eam syllabam plerunq; communẽ faciunt, Liquefacio, Tepefacio, Expergefacio, Patefacio, Medefacio, Calefio, & his similia, quæ omnia medium illud* E, *quod prioris partis cõpositæ vltimã syllabam claudit, tam producunt, quàm corripiũt.* Composita ex corrupto. Exceptio.

Si verò sint aliunde quàm à verbis composita, plerunque illud E *corripiunt, vt Huiuscemodi, Cuiuscemodi, Equidem, Nefas, Nefastus, &c. Excipe Nequicquam pro frustra, & Veneficus, Venefica, vt apud Ouidium.*

Barbara narratur venisse venefica tecum.

Quæcunque verò priorem compositæ dictionis partem in I *finiunt & perpetuò sunt composita, id est, in declinatione casuum* I *semper retinent, eandem illam vocalẽ corripiũt, vt Fatidicus, Causidicus, Munificus, Municeps, Semiuir, Armiger, &c. Inter quæ etiã ea, quæ a numeralibus componũtur numeranda sunt, vt Bipennis, Bipes, Tripes, Trifor-*

formis, Biceps, Biremis, Quadriremus, Triuiũ, & alia huius generis.

Exceptio. Hinc excipies Tibicen, Biga, Quadriga, quæ per contractionem sic enunciantur pro Tibicen, Bijugæ, Quadrijgæ. Ad quam formam nonnulli & Meridies referũt. Item Scilicet, Ilicet, Pridie, Postridie, Idem masculinum (nam neutrum corripitur.) Sed Quottidie, Biduum, Triduum I mediã & producere & corripere consueuerunt.

Quæ verò vocalem I iuxta declinationis & compositi flexionem mutant, etiam declinationem quantitatem sequuntur, vt Quantiuis, Quanticũque, Qualicunque: quæ iuxta declinationis regulam I semper producunt.

POSTREMO FT HAEC NOTANDA SVNT.

Innuba -ŭ	à verbo Nubo --
Pronuba -ŭ	ab eodem
Deiero -ŭ-	à Iuro --
Peiero -ŭ-	ab eodem
Cognitus -ŭ	à Notus -ŭ
Agnitus -ŭ	ab eodem
Semisopitus -ŭ-ŭ	à Sopitus --ŭ
Nihilum ŭŭ	à Hilum -ŭ
Conuitium --ŭ	à Vitium ŭ
Connubium autem	à Nubo variat ante
Selibra ŭ ŭ	à Semis-ŭ (penultimã

DE PRAEPOSITIONE, Caput VIII.

Præpositiones in Compositione tales habentur, quales sunt extra compositionem, nisi impediat Positio aut Vocalis ante Vocalem posita.

Sunt autem præpositiones breues, quæcunq; in consonantem aliquam simplicem exeunt, vt Ad, ob, sub, in, per, inter, con, am & circum. Et in Vocales breues finiũtur, o, Ante & Re, vt Omitto υ--, Antefero, &c. Vbi notãdum Verbum Refert positum pro Interest, quod primã producit: quia nõ à Præpositione Re, sed à nomine Res componitur. Præpositiodes breues.

Porrò Præpositiones, quæ vltimã longã faciunt & in consonãtes terminãtur, sunt Ex, Post, Trãs, Abs, etc. In vocales autẽ lõras finiũt, A, è, Di, De Se, Ptæ, Pro, Et hîc excipies Dirimo & Disertus, quæ primam præter simplicis naturam corripiunt. Præpositiones longæ.

Omnium autẽ incertissima est Præpositio PRO. vtpote quæ in multis cõpositis aut corripitur aut est indifferẽs, cùm simplex producatur perpetuò. Non tamen me latet, quosdam esse, qui dictiones in quibus Pro corripitur ab Aduerbio Procul cõpositas esse contendant, quibus cum vt non est animus contendere, ita certò scio hæc tam esse incerta, vt pueris nunquã tam diligenter tradi possint, vt intelligant quæ nam à Procul aut Pro sint cõposita: quare ea quæ à simplici variant subijcere libuit. PRO.

DICTIONES IN QVIBVS Pro corripitur sunt hæ:

Procella. *Profugus.*

Profugio.	*Profanus.*
Prophano.	*profiscisor.*
Profectò Aduerb.	*profundum.*
Proternus.	*pronepos.*
Proneptis.	*profectum.*
Profari.	*profiteor.*

IN SEQVENTIBVS AVtem Pro est indifferens.

Propino.	*prologus.*
Procuro.	*profundo.*
Propello.	*propulso.*
Propago Verbum.	*propago nomen.*

Cùm enim vitem significat producitur, cùm vero progeniem, corripitur.

De formulis componendi, Prepositiones nihil dicemus: quia hæc aliunde afferenda sunt illi, qui Poeticę candidatus haberi vult.

DE ANALOGIA. Cap. IX.

Analogia.

ANalogiam Syllabarũ vocat eam Proportionem aut similitudinem, qua syllabas inuicem collatas discernimus. Videtur enim plerunq; eiusdem quantitatis esse, quę eadem habent enunciandi ac derivandi rationem, quemadmodũ enim vinosus media producta dicimus, sic etiam Biliosus, virosus, Arenosus, & omnia denique in Osus nomina penultima longa enunciantur. Solent autẽ hæc multa trahi ac alys, vt Analogia scilicet Derivatiuorum, Patronymicorum, Diminutiuorũ &

crementorum omnium tã in Nominibus, quàm in Verbis, quæ omnia fermè hîc studiosè omittimus: partim quia ferè ex Declinandi & coniugandi cõsuetudine discuntur: partim, quia omnia hæc ferè in mediis syllabis solent tractari. Regulas tantummodo communiores cum incrementis, vsitatioribus subiiciemus, quæ sunt hæ:

Prima Regula.

Omne Præteritũ dissyllabũ priorem habet lonũ, vt legi, vidi --, & c. Excipiuntur sex, quæ primã corripiunt, dedi, steti, bibi, tuli, fidi, scidi. Preterita.

Secunda Regula.

Omne Præteritum in V i vnam syllabam desinens penultimã producit, vt amaui, concupiui, petiui. Multa tamen huius formæ (præsertim quæ tertiæ & quartæ coniugationis sunt) V medium eiiciunt, vt Ratij, Adij, Abij.

Tertia Regula.

Omne Præteritum cuius prima syllaba geminatur primam & secundam corripit. Nam (vt Græci aiunt) πᾶς ἀναδιπλασιασμὸς διὰ βραχέος φέρεται, vt peperi, tetsgi, pepuli, tutudi, cuius rei nem posterioris compositum Ennius secunda ga vsurpauit. Excipiuntur ceoidi, pepedi u--, & a quæ secundam positione producunt.

Quarta Regula.

Omne Supinum dissyllabum primam producit, visum, Notum, lotum. Excipe Datum, statum, tum, Ratum, Citum, Litũ, situm, Quitum, Itũ, tũ, Futũ (vnde Futurus a, Fuo) cũ omnibus: Supina.

suis deriuatiuis: nam hæc primam corripiunt.

Notantur tamen hîc ea, quæ à Supino Statu formata A seruant, vt Staturus, Constaturus: enim A producunt. Si verò A mutetur in I, corripiuntur. Item Participium Ambitus à supino tum penultimam habet productam.

Quinta Regula.

Supina in Tũ in quibus præcedit V, & Supina in Tum in quibus præcedit A, E, *vel* I, *quorũ præterita in V i vnam syllabam formantur, penultimam producunt, vt solutum, statutum, amatum, Petitum, auditum, defletum. Semper tamen excepta quæ supra in dissyllabis excepimus.*

Sexta Regula.

Supina, quæ præteritum faciunt in vi diuisa syllabas vel in di, formãtur in itum penultima correpta, vt Genui genitum ∪∪∪, Cubũi cubitum, vendidi venditum -∪∪.

DE INCREMENTIS CAETERORVM Modorum ac Temporum secundum vocales.

Incrementum.

Incrementa grãmatici vocant eas syllabarũ adiciones, quibus aliqua dictio primũ themα syllabarum numero excedit, vt Amo dissyllabũ incrementi trisyllabũ fit, Amabã. Est autem incrementũ duplex, Prius scilicet & Posterius; Prius cum ea vocalis, quæ in vltima syllaba fuit per incremẽtũ penultima efficitur, id est, cum ipsum themα vna tantummodo syllaba crescit, Posterius incrementũ est

quand

quando eadem vocalis in antepenultimam syllabã, aut etiam vlterius reijcitur, id est, cùm thema duabus pluribúsue syllabis excrescit, vt Amaueram, Amauero, quadrisyllaba, ab Amo verbo dissylabo. Incrementorum autem quantitas secundum vocales iudicanda est hoc modo:

A in omni verborum incremẽto producitur, vt Amamus, Doceamus, legamus, audiamus. Excipetur Dare cum suis compositis. A.

E in omni incremẽto verborum producitur, vt Laudemus, Legemus, Sciemus. Excipiũtur autem primo omnia præsentia tertiæ Cõiugationis in quibus sequitur R, vt Legerem, Legere ŭŭŭ. E.

Secundò hinc demuntur omnia à præterito perfecto formata, in Ram, Rim aut Ro exeuntia, vt amaueram, amauerim, amauero, penultima correpta pronuntiatur. At in quorũ incrementis R, repetitur, prius illud Re producũt, vt Legerêre -ŭ:

I in incrementis Verborum plerunq; producitur, vt Audimus --ŭ, Excipe penultimas præteritorum syllabas in Imus, vt Amauimus, Docuimus, Legimus, audiuimus ŭŭ. I.

Hic autem in primis notanda sunt Præteritũ perfectum & futurũ Coniunctiui: illud enim I in penultima positũ corripit, vt amauerimus ŭŭ-, Futurum uero idem I producit, amauerimus -ŭ, licet alij diuersum sentiant. Præt & Fut. Cõiunct.

O in incrementis verborum semper producitur, vt Legitote.

V in incrementis verborum semper corripitur,

vt Volumus, possumus UUU.

DE INCREMENTIS NOMI num Declinationibus.

Incremēt. Nominū.

A *in primæ declinationis incremento semper producitur, vt musarum, curarum* -V.

E I & V *in incremento secundo Declinationis semper corripiuntur, vt Genar generi* UU-. *Vir viri* U-, *Satur saturi* UU-. *Excipe tamen Iberi, Iberi penultima producta.*

O *semper producitur in incrementis, vt Magistrorum* -U. *Quia vero tertiæ declinationis infinita est varietas, singulas in ea vocales ordine persequemur.*

A IN INCREMENTIO TERtiæ Declinationis.

A *ante* B *corripitur, vt Arabis* UU.

A *ante* C *producitur, vt Fornacis* -U. *Excipe Fax facis* UU. *& Græca omnia, vt Colax colacis* UU. *Præterquam Thrax thracis, Phœax phœacis, Thorax thoracis, quæ penultimam producunt. Syphax syphacis, autem penultimam variat.*

A *ante* D *corripitur, vt Pallas palladis* UU.

A *ante* G *corripitur, vt Harpax harpagis* UU.

A *ante* L *producitur, vt Animal animalis* -U. *Corripiuntur autem masculina & Barbara, vt Sal salis, Hannibal Hannibalis* UU.

A *ante* N *producitur, vt Titan Titanis* -U.

A *ante* P *corripitur, vt Lelaps lelapis* UU.

A *ante*

A *ante* R *in neutris producitur, vt calcar calcaris-v. Excipe Nectar nectaris, Iubar Iubaris* vv. *Masculina autem & Barbara corripiuntur, exceptis, Nar naris, car caris-v. Sed & par paris in reliquis* A *corripit cum Nominatiuum producat.*

A *ante* S *producitur, vt Vas vasis-v.*

A *ante* T *producitur, vt Honestas honestatis-v. Excipe Anas anatis* vv. *Et Græca omnia vt poëma poëmatis* vv.

E IN INCREMENTIS Tertiæ Declinationis. E

E *ante* B *producitur, vt Plebs plebis-v.*

E *ante* C *corripitur, vt Nex Necis* vv. *Excipe Verucex verucecis-v, Halec Halecis, Fex fecis-v.*

E *ante* D *corripitur, vt Pes pedis* vv. *Excipe Merces Mercedis, Hæres heredis-v.*

E *ante* G *corripitur, vt Grex gregis. Excipe Rex regis, lex legis, Hallex hallegis-v.* I.

E *ante* L *producitur, vt Daniel Danielis-v.*

E *ante* M *corripitur, vt Hyems Hyemis* vv.

E *ante* N *producitur, vt Splen splenis-v. Excipe senex senis* vv, *Hymen Hymenis* vv.

E *ante* P *producitur, vt Seps sepis-v.*

E *ante* R *in latinis corripitur, vt vulnus, vulneris-vv. Excipe Ver veris-v. Sed Græca verbalia, quia per* ll *scribi consueuerunt, producuntur, vt Crater crateris-v, & similia. Quibus adduntur & Gentilia, vt Seres, Bizeres --.*

Hic autem notandum Mulier mulieris, vvvv,

cuius tamen penultimam communis ferè vsus producit, cùm apud probatos, Terentiũ scilicet, Plautum, Martialem & alios penultimam corripiat.

E ante T corripitur, vt Seges segetis UU. Excipe Locuples, Quies, Magnes, Tabes, Lebes, Cerebellum, & propria nomina huius formæ, quæ omnia in obliquis crescẽtibus penultimũ E producunt.

IN INCREMENTI STERTIÆ Declinationis.

I. I ante B corripitur, vt Cælebs, cælibis -UU.

I ante C in ijs quorum Nominatiuus in Ex desinit, corripitur. Excipe Vibex vibicis --UU.

Sed quorum Nominatiuus in Ix desinit, I producunt, si fœminia fuerint. Excipe Pix picis, Filix filicis, Larix laricis, Salix salicis, Coxendix coxẽdicis, Histrix histricis UU. Masculina autẽ omnia I corripiunt, præterquam Spadix spadicis, Phœnix phœnicis -U.

I ante D corripitur tã in propriis, quàm appellatiuis, vt Lapis lapidis UU. Excipiuntur Græca quædam ὀξύτονα dissyllaba & polisyllaba, quæ penultimã & ante penultimã Nominatiui corripiunt. Et Barbara quædam, vt Dauid Dauidis -U.

I ante G corripitur, vt strix strigis UU. Excipe Græca.

I ante L corripitur, vt vigil vigilis UU.

I ante N apud Latinos corripitur, vt Nomen nominis UU. Græci verò producunt, vt Delphin Delphinis -U.

I ante P corripitur, vt Adeps adipis UU.

I ant

I *ante* R *corripitur. Excipe Glis gliris* -v *&* *Vires* -- *à nominatiuo Vis.*

I *ante* T *corripitur, vt Cespes cespitis* vv. *Excipe Dis ditis, Lis litis, & Gentilia, vt Sammis Sãnitis, Quiris quiritis* -v.

I *ante* V *consonantem corripitur, vt Nix nivis* vv.

O IN INCREMENTIS TERtiæ Declinationis.

O *ante* B *in pleriſque corripitur. Excipe Bobus, Nobis & Vobis pronomina, quæ penultimam producunt.* O.

O *ante* C *producitur, vt Vox vocis* -v. *Excipe Prec ox precocis, Capdadox cappadocis* vv.

O *ante* D *prodicitur, vt Cuſtos cuſtodis* v-.

O *ante* G *corripitur, vt allobrox allobrogis* -v.

O *ante* L *producitur, vt Sol Solis* v-.

O *ante* N *in Latinis dictionibus ſemper producitur, vt Præco præconis, Lectio lectionis* -v *apud Græcos autem tanta hic varietas eſt, vt paucis comprehendi nequeat. Quia autem tot ab illis dictiones in Latinam linguam trãſlatæ ſunt, vt omnino omittiti ſine incommodo non poſſint, eæ quæ Micyllus ſummo labore ſimul & diligentia collegit huc adiciemus.*

O ante N apud Græcos.

IO *ante* N *apud Græcos producunt omnia ea, quæ ad nos tranſlata declinandi formam mutauerunt, vt Dido didonis, à Genitiuo Græco* Διδοῦς.

II. *Omnia Patronymica, Diminutiua, Denominatiua maſculina grauitona, Comprehenſiua. Vr-* II.

bium

bium & locorum nomina, vt Pelion, Pelionis-υ. Morion morionis-υ. Theon theonis-υ; Patanon platanonis-υ, id est, locus Platonis cõsitu, Sidonis sidonis-υ, cuius tamen abstracta, vt Sidonius & alia ο *commune faciunt.*

Sub except. *Hinc autem excipiuntur locorũ nomina in Dõ in quibus præcedit* η, *vt Anthedon anthedonis* υυ, *&* ὀξύτονα *in On, vt Olosson Olossonis* υυ.

III. III. *producuntur contracta in On, vt Tiphon tiphonis-υ, contractum à* τυφάονος. *Item desinentia in On purum, vt Etion etionis-υ. Excipiuntur hic* ὀξύτονα *habentia* υ *ante On, vt Amphictyon amphictionis* υυ. *Excipiuntur etiam; Actæon Actæonis, Pæõ pæonis* υυ, *& his similia. Sed Aegæon aegæonis penultimam variat.*

Sub except.

IIII. IIII. *Producunt* ο *ante* ν *Iambaci dissyllaba vt Dolon* υ- *Dolonis-υ. Excipe Canon* υ- *canonis* υυυ.

V. V *Quæ de se fœminina faciunt in æna, vt lacon lacæna, laconis.*

VI. VI *Quæ mutam aut semiuocalem habent ante On, siue ea simplex fuerit, siue geminata, vt Alcõ alconis-υ, Ladon ladonis-υ Chiron chironis-υ. Excipiuntur hinc Telegon Telegonis, Georgon Georgonis, Pepon Peponis, Iason Iasonis, Aeson Aesonis, Strymõ Strymonis, Hæmon Hæmonis* υυ, *& quæ in Don exeunt* ὀξύτονα, *aut alias* ε *longum ante Don habent, vt modo nominauimus, omniaq; in Mon, quę penultimam per Dipthongum æ, œ aut* η *produstam habent, vt demon de-*

Sub except.

mo-

monis, Polyphemon polyphemonis ⏑⏑.

VII. *Producunt* O *ante* N *monasyllaba Graeca, quorum tamen pauca latinis in usu sunt. Excipe* χθὼν χθονὸς, *cum suis compositis vt Erisichthon erisichthonis* ⏑⏑. VII.

I. *Contrà autẽ* O *ante* N *apud Graecos corripiunt, primùm Gentilia, aut quæ eadem voce Gentilia de se gignunt, vt Cicon ciconis, Macedon macedonis, Ausón ausónis* ⏑⏑. *Quia ratione & peregrina ponũtur, vt Saxones, Teutones, Britones. Excipiuntur tamen Lacon lacónis, Cydon cydonis, Vectones, Vascones, Axones* –. I.

II. *Corripiunt* O *ante* N *omnia verbalia, & quæ in Mon desinunt, præcedente vocali longa vel Dipthongo, de quibus supra dictum est, vt Philemon philemónis* ⏑⏑. II.

III. *Huc pertinent comparatiui, & quæ communis sunt generis; vt Arionis. Item quæ in* O *purum terminantur, & ante On ancipitem vocalem producunt, aut aliàs longam habent, vt Machaon machaónis, Lycaõ lycaónis* ⏑⏑. *Nota Orion orionis, quod* O *penultimum habet indifferens.* III.

IIII. *Fœminina* ὀξύτονα *aut in Don finita, vt Trygon trygónis* ⏑⏑. *Sindon sindónis* ⏑⏑, *Et quæ duas diuersas ante On habent consonantes, vt Memnon memnónis* - ⏑⏑. IIII.

O *ante* P *in incrementis corripitur, vt Inops inópis* ⏑⏑. *Excipe Cyclops cyclópis, Cercops cercópis, Hydrops Hydrópis, Conops conópis* ⏑-, *à quo velum Conopium.* Sub excep

O *ante* R

O *ante* R *plerunq; producitur, amor amor* -U. *Excipiuntur nomina neutra (modo nõ sint c paratiui gradus) vt Ebur eboris, Femur femor* UU, *&c. Item adiectiua, vt Memor memoris* U *Quibus adduntur & arbor arboris, Lepus lep ris* UU, *pro animali positum. Item Græca verbal in O R, & propria nomina. Item quæ* N *ante* O *habent vt Hector hectoris, Antenor antenoris* U

O *ante* S *duplex semper inuenitur & proinc producitur, vt Os ossis* -U.

O *ante* T *producitur, vt Nepos Nepotis* -U *Excipe Impos* m *Compos, quæ sui simplicis, P tis, naturam sequuntur* UU.

O *ante* V *corripitur, vt Iouis, Bouis* UU.

V IN INCREMENTIS Tertiæ Declinationis.

V. V *ante* C *corripitur, vt Dux ducis* UU. *Excip Lux lucis, & Pollux pollucis* -U.

V *ante* D *producitur, vt Incus incudis* -U. *Excipe Pecus pecudis.* UU.

V *ante* G *producitur, vt Frugis* -U. *Excip Coniunx coniugis* -UU.

V *ante* L *corripitur, vt Exul exulis.*

V *ante* P *corripitur, vt auceps aucupis* -UU.

V *ante* R *corripitur, vt Vultur vulturis* -UU. *Excipe omnia Monosyllaba, vt Mus muris, Rus ruris* -U. *Item Tellus telluris* -U.

V *ante* T *producitur, vt salus salutis* UU *Excipe Intercus intercutis* UU, *quod primitiui quanti-*

tatem

tatem sequitur.

Y IN INCREMENTIS TERtiæ Declinationis.

Y ante B corripitur, vt Chalybs chalibis VV.

Y adte C corripitur, vt Eryx Erycis VV. Excipe Bombyx bombycis, Sandyx Sandycis. Ceryx Cerycis -V, Bebryx Bebrycis verò penultimã variat.

Y ante D corripitur, vt Chlamys chlamydis.

Y ante G corripitur, vt Phryx Phrygis VV.

Y ante N producitur, vt Phorcyn phorcynis-V.

Y ante P corripitur, vt Cinyps Cinyphis VV. Excipe Gryps Grypis -V.

Y ante R corripitur, vt Martyr martyris-VV.

Atqui hæc sunt, quæ de Analogia huc ascribere libuit: quia varietate sua inuenes turbare possunt. Terminationem verò proportionem scientes omittimus: quia ea ferè omnia ex Regulis specialibus, quas statim ponemus, poterunt addisci.

DE EXEMPLO. Cap. X.

ABsolutissima certissimáq; cognoscendi syllabas ratio in exemplis consistit. Qualicũque enim Quantitate probatos Poetas vsos fuisse conspexeris, eam & tibi vsurpare concessum est. Cauendum temẽ hîc ne quosuis tibi imitandos proponas, ne specie indoctorũ Poetarum fallaris. Quare tutissimum hîc fuerit Virgilij, Ouidij, Tibulli, Horatij, & his similium auctoritatem sequi. In recentioribus verò videndum ne quid præter Veterum exempla imiteris.

DE REGVLIS SPECIALIBUS. Caput. XI.

IN finitum quodammodo syllabarum chaos est, quare & innumera earum sunt notę, quibus earundem percipiatur quantitas. Licet enim ea, quæ hactenus indicauimus, multa contineant, plurima tamẽ supersint, quæ generalibus Regulis nullo modo possunt comprehendi. Quare hîc speciales Regulę de singulis vocalibus, tã primis quàm mediis & vltimis secundum Consonantium, quę eas sequuntur rationes, à Grammaticis sunt traditę. Quas etiam nos huc apponere, non inutile putauimus, vt iuuenes ceu è penu quopiam omniũ syllabarum ratianẽ possint deponere. Institutæ autem breuitatis etiam hîc ratio habebitur: quare exẽpla Poëtarũ relinquemus: quæ enim apud alios Micyllũ in primis, probata satis & confirmata sunt, vlteriore probatione non indigere duximus.

DE PRIMIS SYLLABIS. Cap. XII.

A ante B.

A Ante B in primis syllabis corripitur, vt Scabies Faber.

Excipe.

Crabro.	*Fabrateria.*
Labor, verbũ tertiæ cõiugationis.	*Labicũ indiff.*
Fabula.	
Flabellum Indiff.	*Nabis.*
Pabulum	
Sabus, prop.	*Sabacius.*
	Sabura,

Sabura, prop. Tabraca.
Tabeo cum omnibus suis Derivativis.

A ante C.

A ante C in primis corripitur, vt Acies, facies, &c. Excipe primùm omnia ea, in quibus præcedit B vel P ante A, vt Brachiũ, Paco, Placo, in quibus A producitur. Sed ab his rursum excipiuntur, Baculus, Paciscor, placeo, placẽtia, placentinus, Spatium: & quę à Græcis veniunt, Placenta, in quibus à corripitur. Pachinus item, quod est indifferens.

Reliqua A ante C producentia sunt hæc:

Acer, adiectiuum.	Acis, proprium.
Cacus indiff.	Cacabo.
Dacus.	Facundus.
Graculus.	Machina.
Macero.	Maceries.
Thracia.	Vacillo.

Item nomina peregrina & propria pleraque A ante C producunt, vt Achar, Zacharias.

A ante D.

A ante D corripitur in primis, vt Ador, Cado. Excipiũtur propriaquædã, Fadus Gadix, Gades.

Ladas, Ladon.	Item hęc.
Caduceus.	Clades.
Gradiuus, indiff.	Rado, is, ere.
Radix.	Suadeo.
Spadix.	Vado, is, ere.

Trado, & alia Composita, vt Thraduco. &c.

A ante

A ante F.

A *ante* F *in primis syllabis corripitur, vt Va-fer. Excipe Afer cum suis deriuatiuis.*

A ante G.

A *ante* G *in primis corripitur, vt Ager, Sagi. Excipiuntur primũ, in quibus præcedit* F *vel* ante A, *vt Flagito, pagina. Ex quibus rursum notantur ad Regulam pertinentia, Flagro, Flagrum, Flagellum, Fragro, Fragilis, Fragor, Plaga pro Regione vel reti, Plagium, Plagiarius, Pagasa.*

Secundò excipiuntur prod.

Strages.	*Stragulum.*
Sagio.	*Sagus, a, um.*
Tragula.	*Vagio, is, ire.*
Vagitus.	*Vagina.*

Excipiuntur & Græra

Agis.	*Lagon.*
Laganum.	*Mago.*
Magalia.	*Lagus, indiff.*

Bragada & alia his similia.

A ante L.

A *ante L in principio dictionis dissyllabæ producitur, vt Halo, Balo, Malus appellatiuum, &c.*

Excipiũtur primũm nomina tertiæ declinationis, quorũ geuitiui excrescũt, vt Salus salutis v v.

Notatis tamen his, quæ & ante L producunt Ales alitis, Halec halecis, Calo Calonis.

Excipiuntur secundo hæc.

Alo.		*Phalæ.*	
Malus.	*Adiectiuum.*	*Palam.*	*Pales.*

Item

Item Græca hæc.

Cales. *Cala cala.*

Halys. *Talus, Proprium.*

Item derivatiua, ἀπὸτοῦ θάλλειν *vt Thales. Composita cum,* πάλιν *vt Palinurus. Sed quæ cum* καλός *adiectiuo componuntur, vt Phicalis, ante* L *variant.*

A *ante* L *in polysyllabis in principio dictionis corripitur, vt Caleo, valeo, salebræ.*

Excipiuntur.

Alea. *Caligo.*

Squaleo. *Talea.* *Talio.*

Item propria & Græca.

Alecto. *Aliphæ.*

Alebius. *Balena.*

Calisto. *Calutia, opp.*

Laletania. *Malebathrum.*

Salustius. *Salentinum.*

Palatium: sed simplici L *scriptum corripitur.*

A ante M.

A ante M in dissyllabis producitur, vt Ramus, Hamus. Licet hoc posterius Iuuenalis prima correpta vsurpauit.

Excipe.

Amo. *Cúmeris.*

Fames. *Tamen.*

Item Græca Composita à χάμος *Negoamus, &c.*

Chlamys. *Lamus, prop.*

Samos. *Same.*

C Zama,

Zama, loci nomen.

Item composita à verbis λαμεῖν, καμεῖν, *& similibus, vt Adamas, Acamas, Athamas. &c.*

A *ante* M *in polysyllabis in principio corripitur, vt Amussis.*

Excipiuntur.

Amentam.	*amento.*
Amianus.	*lamentari.*
Lamentum.	*lamina.*

Item propria,

Damatas.	*Bamera.*
Mamertinus.	*Mamurius.*
Mamurianus.	*Mamurrus.*
Samaria.	

A ante N.

A *ante* N *in primis, si dictio sit dissyllaba, producitur, vt Rana, Lana.*

Excipe:

Anas.	*Anus, pro vetula.*
Cano, is, re,	*Canis.*
Manus.	

Item Graeca composita cum ἄνα, ἄναξ, ἀνὴρ, μανεῖν & πᾶν, *vt.*

Anaglypta.	*Iphianassa.*
Deianira.	*Hippomanes.*
Item Canon.	*Clauis proprium.*
Danus.	*Danis.*
Panos, loci nomen.	*Planus, pro scurra.*
Phanes.	*phanos.*
Panax vel Panace.	*Rhanis Nympha.*

In Po-

In Polysyllabis A *ante* N *corripitur, vt Lanio, Danaus, Canalis.*

Excipe hæc;

Canidia, prop.	*canius.*
Danubius.	*caneo, nis.*
Lanuuium.	*Manius.*
Manilius.	*Ianua.*

A ante P.

A *ante* P *in primis syllabis corripitur, vt Rapio, Aper, &c.*

Excipiuntur.

Apis.	*apidanus flu.*
Apanius.	*aprica.*
Crapula.	*capo, nis.*
Papas.	*papius.*
Papilus.	*papilio.*
Papinius.	*papianilla.*
Rapum.	*sapo, nis.*
Sapis flu.	*saperda.*
Vapulo.	

A ante Q.

A *ante* Q *corripitur, vt Aquila, Laquearia. Excipe composita, vt Quâque, Quâquam, & his similia.*

A ante R.

A *ante* R *in primis syllabis corripitur, vt Pario, careo, vario.*

Excipiuntur primò nomina adiectiua in Vs *secun. la declinationis dissyllaba, vt clarus, charus. &c.*

Secundò excipies.

Ara.	*Area.*
Areo,es,re.	*Carica.*
Carex.	*Carus propr.*
Clarus propr. & Insulæ nomen.	
Clarea.	*Naris.*
Parus auis.	*Pareo. Varix.*

Item hæc propria & Græca.

Arene oppid.	*Arunei.*
Ars.	*Arete proprium.*
Barium opp.	*Baris.*
Barine.	*Carolus.*
Caria.	*Carinas.*
Claris.	*Darius.*
Lariſſa.	*Larius flu.*
Larides.	*Laronis.*
Laronia	*Larunda.*
Lar monoſyll.	*Larina.*
Larimates.	*Maris flu. & prop. viri.*
Narycius.	*Pharus oppid.*

A ante S.

A *ante* S *in principio diſſyllabæ dictionis producitur, vt Naſus, naſo.*

Excipo.

Baſis.	*Caſa.*
Praſum.	*Praſinus, a, um.*
Quaſi.	*Thaſus, Inſula.*
Traſus, prop.	*Thraſo.*

Sed A *ante* S *in polyſyllabis corripitur, vt Aſia, Caſius. &c.*

Exci-

Excipiuntur.

Asis	*Asius.*
Asopus flu.	*Asiacus.*
Cascus.	*Basium, & basiare.*
Laserpicium, indiff.	*Jasius.*
Nasica.	*Mnasylus.*
Rasipelis.	*Nasidius.*
	Vasidius.

Item omnia Cõposita à πᾶςα *vel* πᾶςι, *vt Pasiphae, Pasithea.*

A ante T.

A *ante* T *in primis syllabis corripitur, vt latus, latus substantiuum.*

Excipiuntur.

Primò quæ habent M *ante* A *vel* R *precedẽte Muta, vt Mater, Frater, Gratus. Exhistamen notantur* A *corripientia, quæ scilicet deriuantur à verbo* μαθεῖν, *item à* πέρατος ςράτος, *vt Matho, Mathemata, Cratinus, Stratocles, &c.*

Item Metell, Matinus montis nomen, Matienus, & Gratis, quod est indifferens.

Secundò Aproducunt.

Ater.	*atrium.*
Atina, opp.	*Atella prop. loci.*
Atys amasius Cybeles,	*Blatara, propr. viri.*
Catillus, prop.	*Clathri.*
Fatum.	*Gnatia, propr. loci.*
Latus adiect.	*latona.*
Laterna.	*Natura.*
Quatenus.	*Quatinus.*
Saturnus.	*Statius.*

Stlata nauigij genus.
Stlatarius. *Vates.*
Vatineſſa, nomen loci.

A ante V.

A *ante* V *in primis ſyllabis coripitur, vt Auus, auis.*

Excipiuntur plaraq; adiectiua in Vs, in quibus liquida ante A *ponitur, vt flauus.*

Gnauus. *Praaus, &c.*

Item hæc.

Auidienus, propr. *Clauus.*
Claua. *Clauis.*
Danus. *Gauiſus.*
Manors. *Mauis, mauult.*
Nauis. *Nauo, as, are.*
Pauo, & Panus. *Seuo ſi.*
Snauis.

Lauinium aut Lauinia apud Poëtas variantur.

Solent ferme & peregrina A *ante* V *producere, vt Dauid.*

E. ANTE B. IN PRIMIS SYLLABIS.

E *Ante* B *corripitur, vt Ebur, bes. tis.*

Excipies primò, quæ duas conſonantes ante B *habent vt Plebes, Gleba, &c. Ex quibus tamen rurſum notantur propria hæc* E *corripientia, Crebennus, Trebia, Trebius, Trebatius, Trebonius.*

Secundò excipiuntur hæc:

Debeo. *Debilis.*

Eboſia

Eboſia, inſula.	*Ebrius.*
Ebrus, fl.	*Hebe.*
Nebris,	*Rhebas fl.*
Sebetus fl.	*Sebum quod & ſeuum.*
Theba.	*Vebius, propr.*

Zebadus apud Iuuencum.

E ante C.

E *ante* C *in primis corripitur, vt ſpecies, ſpeculum.*

Excipe:

Lecamia, prop.	*Mecœnas.*
Echo.	*Theca.*
Lecythus.	

E ante D.

E *ante* D *in diſſyllabis producitur, vt Pedo pedere, &c. Excipiuntur compoſita à Pes pedis, vt Pedes, tis, Pedum, pedanus, &c. Item, cedo pro da vel dic. cedrus.*

Edo.	*Sedum herba.*
Scheda.	

Et quæ veniunt à Græcis Medon & Edra, vt Meduſa, automedon, cathedra.

In polyſyllabis autem E *ante* D *corripitur, vt medeor, medicus, &c.*

Excipiuntur.

Edonus.	*Hedilus.*
Media.	*Medica herba.*
Nedymnus.	*ſedenianus, propr. hiſp.*
Sedulius.	*ſeditio.*

Gedippa. Peregrina, vt Gedeon, &c. variant.

E ante F.

E *ante* F *in principio non reperitur facilè ni*
in compositis, vt nefas, nefandus, sed de his su
pra dictum est.

E ante G.

E *ante* G *in primis corripitur, vt Lego, is, et*
Rego, &c.

Excipiuntur.

Egates insula,	*Lego, as, are.*
Legatus,	*Legitimus.*
Regulus.	*Regula.*
Tegula. Item Græca.	*Gregorius.*
Hegio.	*Pegasus.*
Phegenus.	*Rhegium, loci nomen.*

E ante L.

E *ante* L *in dissyllabis producitur, vt Telũ, &*

Excipe, Celer.	*Chelys, pro testudine.*
Gelu.	*Gela proprium loci.*
Gelos.	*Halix, prop. & appell.*
Helops.	*Helos.*
Lelex.	*Medas.*

Itẽ quæ à μέλος fiũt, vt Melicus, Melibœus, &c.

Et Pelops.	*Telon propr.*
Scelus.	*Velut. Velim.*

Item omnia deriuata à τέλος *&* σκέλος, *vt*
thelessphorus, Periscelis, & similia.

At in polysyllabis E *ante* L *corripitur, vt vel*

Excipiuntur.

Delubrum.	*Elysium.*
Electrum.	*Helius cùm deriuat.*

Helis

Helisus.	*Peligni.*
Pelion.	*Pelusium.*
Spelæum.	*Spelunca.*
Velabrum.	*Velicer fl.*

Deriuatiua, & composita ex superioribus cognoscuntur, vt Delitia, Elegans, Elogium, &c.

E ante M.

E *ante* M *in primis corripitur, vt Semiramis, Emo. Excipiuntur primò, quæ ab E incipiunt, vt Eminus, Emathia. Notabis tamen, Emo & Emio, à quo componitur redimio, is, re.*

Secundo excipe nomina tertiæ declinationis crescentia, vt Nemo neminis. Vbi rursum notabis, Nemus, Memor, Femur, cremes & Themis.

Tertiò excipiuntur hæc.

Demo.	*Demum.*
Remus cum comp.	*Remi populi.*
Semis cum comp.	*Semita.*
Semen.	*Temetum.*

Et quæ componuntur à Græcis δῆμος φεμη, μνήμη πῆμα, *vt Demophõ, Memosyne Phemius Philopemon.*

E ante N.

E *ante* N *producitur, vt plenis, lenis.*

Excipiuntur primò, quæ habent B, *vel* G, *vel* S, *vel* T, *vel V, consonantem ante E. Ex quibus autem denuo notantur ad regulam pertinentia.*

Splenium.

Senus.	*senio,*
Denus.	*sena, opp.*

Strena.	*Vena.*
Venor.	*Venucula, vua species.*
Senia.	*Tenus insu.*
Steno. prop.	*secundò excipies.*
Enyo.	*Enipeus.*
Composita cum ἐμ.	*Fenestra.*
Menapij.	*Menenius.*
Menesthaus.	*Penes.*
Penus.	*Penitus.*
Penetro.	*penates.*

Pheneum lacus. Et cōposita cum Γένος, σθένος, ξένος, κενὸς, φρενὸς, μένος, μενεῖν.

E ante P.

E *ante* P *in primis corripitur, vt Crepo.*

Excipe.

Cepheus.	*Cephini.*
Cephisus.	*Cepio prop.*
Epytus Rex,	*Epirus.*
Hepar.	*Leponticus prop.*
Repo, is, re.	*Sepia, sepias loci nomen.*
Sepes.	*Sepio.*
Sepum pro seuum.	*Tlepolemus.*

Notandum & Repens pro repente, quod E *corripit, vt apud Vergilium: Quò ruitis, quęúe ista repens discordia surgit?*

E ante Q.

E *ante* Q *corripitur, vt Equus. Excipiuntur composita à Ne aduerbio prohibendi. Item Nequam, & Sequana.*

E ante R.

E *ante*

E *ante* R *in primis corripitur, vt Fero.*

Excipiuntur, primò dissyllaba, quæ P *ante* E *habent, vt spero. Hinc autem rursum notantur, quæ à Græco* Φέρειν *formantur, vt Pheretrum. Item Phera & Pheres proprium viri.*

Secundò excipiuntur à Regula, quæ V consonantem, ante E *habent, vt Verus, a, um. Ex his notantur, Vereor, Veru, verutus, veredus.*

Postremò excipiuntur hæc:

Beryllus.	*Berius, opp.*
Clerus.	*Ceruſſa.*
Ceratus fl. & opp.	*Ceretani, pop.*
Cera.	*cerinthus.*
Eridanus.	*erigone.*
Deriuata ab ἦρ.	*erectum loci propr.*
Eruca.	*Erinne.*
Erÿ montes.	*Feralis.*
Ferię.	*Feronia.*
Geryon.	*Hero, propr,*
Deriuata ab ἡςκ.	*Herios loci propr.*
Meriones.	*Neritos.*
Neris. opp.	*Nereus.*
Serus Adiect.	*Serius Adiect.*
Seria Subst.	*Seres pop.*
Seranus.	*Tereus.*

Zerinthus. Item deriuatiua ξηρὸς, *&* θήρος, *vt Xerolophus. Thero, &c.*

E ante S.

E *ante* S *in primis producitur, vt Fresus. Excipiuntur deriuatiua à* μέσος, *vt Mesembria.*

Mesente-

Meſenteriam. *Item.*
Seſoſtris,propr. *Theſis.*
Veſagus,propr. *Veſulus.*
Veſuuius. *Kheſine,indiff.*

E ante T.

E *ante* T *in primis producitur,vt Aëta, Meta,Rete.&c.*

Excipiuntur primò habentia P vel V ante E, vt peto,veto,præterquam Petalus proprium viri.

Secundò excipiuntur hæc.

Cethegus. *Cletabini,prop.*
Etiam. *Fretrum.*
Geta. *Hetruria.*
Metaurus,fl. *Metiſcus.*
Metubus. *Metillus & metellus.*
Meterai pop. *Meton propr.*
Methune,op. *compoſita cum*
Meto,is,re. *Metuo.*
Retro.
Tetricus.
Tetrinnire.
Etesij.
Tethis pro nympha: nam pro Dea maris poſitum producitur.

Omnia denique quæ à Græcis formantur habentia E *ante* T.

E ante V.

E *ante* V *conſonantem in primis ſyllabis producitur,vt lenis pro glabro,lenor, ſueuus. Excipe*

Brenis *lenis.*

Leuo

Leuo. Seuerus.

I ante B in Primis syllabis.

I ante B in primis syllabis corripitur,

vt Bibo, Cibo, Liber.

Excipiuntur hæc,

Fibula. Ibis.
Ibycus. Liber adiect. & prop.
Libo, as, are. Libum, libra.
Libella. Libethrus.
Scribo, is, re. Sibilo.
Tibia. Tribulum instrumentũ rusticum: nam pro herba positum corripitur.

Item.

I ante C in primis corripitur, vt Frico.

Plico, Mico. &c.

Excipe.

Dico. Ficus,
Ficedula. Ficilia.
Icarus. Ico, is, re.
Licium. Liceanus, propr.
Licheus. Mica.
Pica. Picus.
Picenus. Sica, & sicula.
Piciliquus. Spica.
Piculum. Silicia, sicelis, sicaminus.
Picha, prop. Siconius, prop.
Picinus, fr. Trica.
Tricies. Vicies.
Tricenus. Ticenus.
Vicus.

Com-

Composita etiam à Græcis νίκω, *&* εἰκὼν.
Sichæus autem proprium viri variatur. Sicubi, ſ
eus, & his ſimilia ex compoſitione nota ſunt.

I ante D.

I *ante* D *in primis producitur, vt* Ida.

Excipiuntur.

Gnidus, inf.	*Didymus.*
Fides tertiæ, & quintæ declinationis, cũ deriua	
Fidelia.	*Fidena, propr.*
Idem neutrum.	*Ideo, coniunct.*
Idume.	*Idoneus.*
Idaſmenus, propr,	*Midas.*
Quidem.	*Sidicinus.*
Video.	*Viduus, a, um.*

De compoſitis, vt Tridens, &c. ſupra dictũ e

I ante F.

I *ante* E *in nullo ſimplici inuenitur. De compo*
ſitis, Triformis trifolium, ante diximus.

I ante G

I *ante* G *in primis corripitur, vt Vigeo.*

Excipe:

Digentia flu.	*Figo*
Fligo.	*Frigus.*
Sigæum, promont.	*Sigereus.*
Stigo, à quo inſtigo.	*Viginti, Triginta, &c.*

Strigilis autem variatur.

I ante L.

I *ante L in primis producitur, vt Nilus. Exc*
piuntur primò, quæ habent S *vel* T *ante* I, *vt ſ*
lus. Notatis tamen, ſilius, ſilenus, ſimilax, P
lothrum

lathrum, scilicet, ex compositione notum est.

Secundò excipiuntur hæc:

Cilium.	cilicia.
Filix.	Gilippus, propr.
Hilaris.	Ilerda, opp.
Ilertes, prop.	ilaira.
Lilæus, propr.	Lilybæum.
Milium.	Milo, propr.
Pilus pro Crine.	pilæa, pro sphæra.

Nam pro columna positum primam producit.

Piletus, propr.	philyar à quo philyrides.
Philene. loci nomen.	philetas.

Omnia denique quæ à φιλος derivantur.

I ante M.

I ante M in dissyllabis producitur, vt Limus, Timus.

Excipe:

Timus.	Mimas, propr.
Timis.	Simo, propr. Simul.

In polysyllabis autem corripitur, vt Simois. &c.

Excipe:

Himera, fl.	Himerus.
Simone, propr.	

Item omnia, quæ à longis formantur, vt diminutum, Nimirum, chimerinus, à Di, Ni & χειμα

I ante N.

I ante N in primis producitur, vt Linea, Finis, Finũ excipiuntur primùm, quæ habent C, M vel S tertium ante I, vt cinis, mina, Sinus. Ex his tamen corripiuntur, Cinyps, fl. China nomẽ collis, Minos, minans,

uæus, ſinum vaſis genus, ſinai mons.

Secundo excipiuntur.

Inula.	*Inus.*
Linus, propr.	*Lino, is, re.*
Ninus.	*Pinarus, fl.*
Tinea.	*Tineas, fl.*

I ante P.

I *ante* P *in primis ſyllabis corripitur, vt ſtipula.*

Excipiuntur hæc,

Gripus, propr.	*Griphus.*
Hipates, fl.	*Typhis cum ſuis deriuat.*
Niphe, propr.	*Pipo & Pipilo.*
Pipinna.	*Rhipheus.*
Scipio.	*Sipho.*
Sipus, untis.	*Stipendium.*
Stipes.	*Stipo.*
Typhata, mons.	*Typhys.*
Vipera.	

I ante Q.

I *ante* Q *corripitur, vt Liquo, as, are.*

Excipe.

Liquor, ris, Deponens, Lequeſco.
Liquidus, & Liquor variantur.
Liquetius, fl.

I ante R.

I *ante* R *in diſſyllabis producitur, vt Miror, Mirus. Excipe, Quiris, Pirus & obliquos à vir.*

In polyſyllaba autem corripitur, vt viridis.

Excipe.

Liriope.	*Pirata.*

Pirothon

Pirithous.	*Pirene.*
Piræcus.	*Phthiriasis.*
Piricus, prop	*Sirius stella.*
Stiria.	*Tiresias.*
Tiridates, prop.	*Viresco à Vires.*

I ante S.

I *ante* S *in primis producitur, vt Pisa, Visus.*

Excipiuntur à Regula.

Biſon, ontis.	*Ciſium, vehiculi genus.*
Iſara, fl.	*Iſaurus. fl. & opp.*
Iſalces, propr.	*Iſocrates.*
Miſer cum Deriuat.	*Niſantes, prop.*
Niſi.	*Piſidæ, pop.*
Piſaurus, fl.	*Ptiſana.*
Siſer.	*Siſymbrium.*
Viſellius, prop.	*Viſurgis, fl.*
Phriſy pop.	

Item verbalia Græca omnia habentia I *ante* S *vt Hypocriſis. Præterquam* τισις *à* τινω.

I ante T.

I *ante* T *in principio corripitur, vt Iter, Niteo*

Primum excipiuntur in quibus ante I præcedit M R *vel V cõſonans, vt Mitis, Rite, Vicis. Ex his rurſum notabis, Mitilo, Mitile ne, Mitella compoſita à* μιτος; *Mithridates. Britãnus, Britomartis. Compoſita à* μριτης *&* μριτὸς, *Fritillus, Vitium, Vitellus Vitellius, vitulus, vitrum.*

Secundò Excipiuntur.

Bitus, prop.	*Bythynia.*
Clitella.	*Clitorius fons.*

Clitus & omnia à κλειω. *Clitumnus, fl.*
Dito. *Dithyrambus.*
Litigo. *Nitor Verbum.*
Nitella. *Pitho.*
Sithon. *sitillo.*
Titan. *Tityrus.*
Tithonus. *Composita à* cιτος.

Italus autem & Pituita variantur.

I ante V consonantem.

I *ante* V *in principio producitur, vt Riuus, Diuus. Excipiuntur quædam Composita, vt Triuium, Triuucus loci nomen, & Nix niuis, niueus, de quibus supra dictum est.*

O IN PRIMIS SYLLABIS.

O ante B.

O *Ante* B *primis syllabis producitur, vt Robur, Robustus.*

Excipiũtur primò, in quibus præcedit muta cum liquida, vt Probus, Globus. Ex quibus tollẽdæ erunt, Crobylus, & Crobialus loci nomen.

Secundò excipies,

Obelus & obeliscus. *Obulus.*
Obex, indiff. *Soboles.*
Phobetor. Composita à πεò *Græca dictione.*

O ante C.

O *ante* C *in primis corripitur, vt Locus, Crocus, Procus, &c.*

Excipiuntur hæc,

Cocalus, prop. *Cocytus.*
Coceius.

Coceius. *Focale.*
Foco, vnde suffoco, &c. Locusta apud Iuuenalem.
Proprium nomen venefica. Ocium.
Oceamus. *Deriuata ab ὠκύ.*
Ocimum. *Ochus.*
Phoca. *Phocis.*
Procerus. *Poculum.*

Socus Mercurij nomen. Socrates. Deriuata à voce & composita cũ Præpositione Pro, de quibus suprà.

O ante D.

O *ante* D *in dissyllabis producitur, vt Nodus, Codex.*

Excipe,

Modius cum deriuat. *Odor cum deriuat.*
Rhodus. *Rhodope.*

In polysyllabis autem corripitur, vt Odium,
Sodalis. Excipe,
Podona. *Clodius.*
Clodouæus. *Zodion.*

O ante F.

O *ante* F *in primis corripitur, vt Ofella.*
Excipe, Tofus & Scrofa.

O ante G.

O *ante* G *producitur, vt Ogygius.*

Excipe,

Cogisantra, prop. *Bogus, propr.*
Logus, cum deriuat. *Phlogis.*
Rogo, ás, are. *Rogus.*
Toga. *Vogesus, mons.*

O ante L.

O *ante* L *in primis corripitur, vt Schola.*

Excipe.

Bola opp.	*Boletus.*
Colis, insula.	*Colis, appellat.*
Coleus, pro testiculo.	*Colon.*
Coliphium.	*Colum.*
Colo, as, are.	*Choriambus.*
Dolium.	*Folia, propr. venefica.*
Moles, & Molio.	*Moly.*
Nolo.	*Nola, opp.*
Olim.	*Olearus, i. f.*
Olenus.	*Proles.*
Prolixus.	*Pfolon*
Solus.	*Solor, ris, ri.*
Solers.	*Solennis.*
Scolon, propr.	*Spoletum.*
Tmolus.	

O ante M.

O *ante* M *in principio producitur, vt Roma. Momus.*

Excipiuntur hinc.

Bromius.	*Bromus.*
Coma, cum Derivat.	*Comes, itis, fubſtam.*
Comitium.	*Comedo.*
Chromis.	*Dominus.*
Domus.	*Domo as, are,*
Dromes,	*Glomus & Glomero.*
Homo.	*Homerus.*
Homode, mons.	*Homilia.*

Noma-

Nomanus. *Nomades.*
Omasum. *Omitto.*
Promulus,propr. *Stomachus.*
Tomyris. *Tomus.*
Vomo. *Vomica.*
Vomanus,proprium flu.
Stomyllo verbum & Stomylus pro dicace & garrulo primam variant.

O ante N.

O *ante* N *in principio dictionis corripitur, vt Bonus,Sonus.*

Excipe primò in quibus C,D,*vel* P *præcedit O, vt Conor,Donec,Pono. Tolluntur autẽ ab his quę à χρόνος, χθονος, κλόνος, κρόνος, τόνος, deriuantur. Item Conon,Donace,prop. Donysa,insulæ nomen.*

Secundò excipiuntur.

Monychus,proprium. *Nonus,a,um,cũ deriua.*
Nonacris. *Thonitis,lacus.*
Zona.

O ante P.

O *ante* P *in primis corripitur, vt Opus. Opera. Excipiuntur primò, in quibus præcedit* C *ante* O, *vt copia. Notantur tamen ex his, Scopus,Scopulus,Cophinus.*

Secundò excipiuntur hæc.

Dropax. *Opis,pro.*
Operior. *Populus,arbor.*
Psophis,locus. *Popea.*
Popeanum vnguentum. *Sopio.*

O ante Q.

O *ante* Q *principio dictionis corripitur, vt Quoque, Coco, Loquor.*

O ante R.

O *ate* R *in primis syllabis corripitur, vt Corium. Excipiuntur primò in quibus præcedit* L. *vel* R *ante* O, *vt Flora, Gloria Rorare.*

Secundo excipes.

Corus Ventus.	*Coram.*
Corycus.	*Corythus.*
Corytha.	*Coralium.*
Chorasmij, pop.	*Doron.*
Dores.	*Dorion.*
Hora appellat. cum deriuat. Morus.	
Morio.	*Morosus.*
Morari, pro stulteſcere. Noricus.	
Noram, &c.	*Ora æ, appell.*
Orata piſcis.	*Ora, as, re.*
Oromedon, prop.	*Oricus opp.*
Orithya.	*Critæ pop.*
Orificium.	*Orion variat.*
Phoreus propr.	*Sora opp.*
Soracte.	*Sorex.*
Sorites.	*Thorax.*
Toranius, propr.	*Voraptus, propr.*
Pſora, ſcabies.	*Oropus proprium loci.*

O ante S.

O *ante* S *in principio producitur, vt Roſcus gentilia, Proſa, &c.*

Excipiuntur ex his,

Cosa, opp.	*Mosa, Mosella, fl.*
Mosas, prop.	*Mosyni, pop.*
Osiris.	*Osius propr.*
Osinius.	*Posui à Pono.*
Rosa.	*Sosius propr.*

Proserpina & Cosyra variant.

O ante T.

O *ante* T *in primis corripitur, vt* Quotus, Quoties. *Primò excipiuntur, quæ habent duas consonantes ante* O, *vt* Scotia, Scotis. *Ex his autem rursum notantur* Crotus *propr.* Croton *oppid.* Crotalum, Crotopus, Proterus, Proteruus, Scotos *&* Scotusa *nomen loci. Secundò excipiuntur.*

Cotilus propr.	*Cotes.*
Coturnix.	*Iota.*
Lotos.	*Lotis Nympha.*
Lotus. Particip.	*Notus. Particip.*
Poto.	*Soter.*
Sotes propr.	*Sotades prop.*
Sotherichus.	*Totus.*
Votum.	*Votienus propr.*

O ante V.

O *ante* V *in principio corripitur, vt* Ouis, Ouidius. *Excipe* Ouum *&* Prouincia.

V IN PRIMIS SYLLABIS.

V ante B.

V *ante* B *in primis syllabis corripitur, vt* Cubo, Dubito. *Excipe primo, in quib⁹* N *vel* B *præcedit* V, *vt* Nubo, Bubo. *Ex quibus notatur* Bubulus.

Secundò excipe,

Glubo.	*Iubilum.*
Lubricus.	*Pubesco.*
Rubigo.	*Suber.*
Subula.	*Subulo, onis, pro Tibicine.*
Tuber neutrum.	*Tubere Verb.*

Uber Adiect. & Substantiuũ cum suis deriuatis.

V ante C.

V ante C *producitur, vt Fucus, Lucus. Excipiuntur primò habentia* C, N, *vel* R *ante* V, *vt Cucullus, Nucleus, Trucideria. Excipiuntur tamen ab his Cucubo, Cucurio, Nuceria, oppid.*

Secundò excipiuntur.

Ducarius propr.	*Duco, as, are.*
Dux ducis.	*Ducenti.*
Fuca, æ.	*Lucellum, & lucrum.*
Lucrinus lacus.	*Lucretius.*
Lucerna.	*Lucumo.*

Luceres autem variatur.

V ante D.

V ante D *in primis syllabis præducitur, vt ludo, nudus, sudo.*

Excipiuntur.	*Pudor cum deriuat.*
Rudis Adiect, & Subst.	*Rudens.*
Rudo varias.	*Rudix.*
Rudinus propr.	*Sudes.*
Studeo,	*Tuder opp.*

Tudito, id est, agito apud Lucretium.

V ante F.

V ante F *producitur, vt Rufus. Excipe. Ru-*

fe, a-

fa,arum, Castellum Campaniæ.

V ante G.

V *ante* G *producitur, vt Mugio, Ruga.*

Excipiuntur quæ habent F.P. *vel* I *consonantẽ ante* V, *vt Fugio, Pugil, jugum, Equibus notantur, Fruges, Iugerum, Iugis adiect. Pugio, pugillares.*

Secundò excipitur etiam Tugurium.

V ante L.

V *ante* L *in primis corripitur, vt Culex, culullus. Excipiuntur primò, in quibus præcedit* F, G *vel* M, *vt mulus, fuligo. &c. Tolluntur autem ex his, fulica, gula & mulier.*

Secundò excipiuntur hæc, Bulimæi pop.

Bulimos.	*Culus.*
Culeus pro sacco.	*Dulichium.*
Iulius.	*Pulex.*
Thulæ, Inf.	*Uligo.*

V ante M.

V *ante* M *in principio producitur, vt Humeo, Dumeta. Excipiuntur, quæ* C, *vel* N, *vel* T, *ante* V, *habent, vt cumulus, numerus, tumidus, tolluntur, autem ab ijsdem, cumæ, numacius propr. Numen Numella, struma. Postremò excipiuntur, humus*

Humilis.	*Humerus.*
Rumex	*Sumus à sum.*

Pumilio autẽ variatur sic & pumilio & pumeus.

V ante N.

V *ante* N *in primis prodæcitur, vt Munus, vnus. Excipies, cuneus, cuniculus, & Tunica.*

V ante P.

V *ante* P *corripitur, vt cupio, Stupeo.*

Excipiuntur, quæcunque ante V *habent* N, *vel* P, *vel* R, *vt Nuper, Pupa, Rupes, Scrupus, Scrupulus, & c. Item Buphagus.*

Cupa. *Cupennius, prop.*
Iupiter. *Stupa.*
Vpilio pro Opilio.

V ante R.

V *ante* R *in primis syllabis producitur, vt Purus, Murus.*

Excipiuntur autem hæc, Curius propr.

Cures opp. *Curetes pop.*
Curilas. *Duraton mons.*
Durtus, fl. *Furo & Furor.*
Muria. *Nurus.*
Spurius. *Turius prop.*
Turis propr. *Murinus.*

V ante S.

V *ante* S *producitur, vt Fusius, Drusus.*

Excipe,

Frusino loci nomen. *Pusillus.*
Susurro, *Susanna variat.*

V ante T.

V *ante* T *in dyssyllabis producitur, vt Vtor, Muto verbum.*

Excipe,

Cutis. *Frutex.*
Lutum pro cœno. *Puto, as, are.*
Rutrum à quo.

Rutellum.

Rutellum. *Vter adiect.*
Vt, Vti, Vtinam. Muto substant. variat.

In polysyllabis autem corripitur, vt Rutilus,

Puteus. *Excipe,*
Buteo auis. *Futio, vnde Effutio.*
Futilis. *Glutio.*
Iuturna. *Mutuus.*
Mutius. *Puteo, es, re, cum deriuat.*
Sthruthio. *Tudicanus.*
Rutilus variatur. *Tutius propr.*
Tutela. *Vtilis.*
Sutilis. *Glutino.*

V ante V consonantem.

V *ante* V *consonantem si purum ponatur, id est, nulla præcedente alia litera, producitur, vt Vua, Vuidus. Cætera aũt corripiũtur, vt Iuno, Pluuia.* producitu
Excipitur vnum, Iuuerna scilicet, Loci nomen.
Istis parce precor: iuuant Galathæq, Syriq. Lucan. l. 7.

Y IN PRIMIS SYLLABIS.

Y ante B.

Y *ante* B *in principio corripitur, vt Cybele, Sybaris. Excipe Hybernus, Hybrida, Hyble.*

Y ante C.

Y *ante* C *corripitur in principio, vt Glycere, Mycone.*

Excipe,

Lycheus. *Phycus, vntis, daci nomen.*
Sycos cum deriuat. *Lycus, variat.*

Y ante D.

Y *ante* D *in primis producitur, vt Lydus.* Excipe,

cipe, Hydaspes, fl. sydon, propr. cydon opp. & nomen canis. cydon proprium viri variat.

Y ante G.

Y *ante* G *in principio corripitur, vt stygius, Phrygius, Excipiuntur, Gygæa lacus, Gyges & Pygæ cum suis deriuatiuis.*

Y ante L.

Y *ante* L *producitur, vt Phyleus. Excipiuntur.*

Cylindrus.	*Hylas.*
Hylactor.	*Hyle.*
Pylos.	*Pylades.*
Pylæ.	*Phylax, q; & loci nomẽ est.*

Phylacides autem contra primitiui naturã primam producit.

Y ante M.

Y *ante* M *in dissyllabis producitur, vt Mymon strymon. Excipe Hymen & Thymum.*

In polysyllabis autem corripitur, Hymettus, Hymeneus. Excipitur Symæthus fl.

Y ante N.

Y *ante* N *producitur in primis, vt Phryne. Excipiuntur, quæ Græcis à* Γυνὴ, *&* δυνάμαι *deriuantur, vt Gynecæum, Dynatos, et Tynichus, proprium. Item composita cum* σμυ, *& in quibus præcedunt hæ literæ puræ,* C, M, *&* S.

Y ante P.

Y *ante* P *corripitur, vt Clypeus, Cyparissus. Excipitur vnum, Typhon, onis.*

Y ante R.

Y *ante R in primis, si dissyllaba fuerint, producitur,*

atur, vt Cyrus, Gyrus. Excipiuntur.

Lyra.	Lyris, propr.
Myron, propr.	Deriuata à μυρόω.

Pyra, cum aliis Deriuatiuis à πυρὸς, præterquã Pyramus & Pyramis, quæ primam producunt. Corripitur autem &

Syrus.	Styrax.
Tyrus, opp.	Tyra locus.
Tyres proprium viri.	Tyras. fl.

In polysyllabis autem ferè corripitur, vt tyrannus, Myrica. Excipiuntur autem hæc, Cyrinus prodrium.

Μυρίον.	Pyrine.
Pyramus, prop.	Pyrene mons.
Cyrene.	Myrana.

Y ante S.

Y ante S *in primis producitur, vt chryses, chrysippus. Excipiuntur verbalia* φύσις, πτύσις, & λύσις, *cum suis deriuatiuis. Et Hysopus herba, quod apud Græcos duplici* σ *scribitur, & proinde primam verius producere videtur.*

Y ante T.

Y ante T *in primis Syllabis corripitur, vt Scythia, cythera. Excipiuntur hinc quæ* M *vel* R *ante* Y *habent. Item deriuata à* μῦθος. *Præterea & hæc, Mytilus piscis, Pytho serpẽs, Pythagoras, Pytisma, Scython proprium & Zytus.*

Atqui hæc de primis syllabis dixisse sufficiat, in quibus si quid desideratum fuerit, ex Regulis generalibus erit sarciendum. Non enim animus fuit

omnia

omnia huc apponere, quæ illis continentur.

DE MEDIIS SYLLABIS. Caput. XIII.

MEdiæ syllabæ omnes eæ dicuntur, quæ sunt inter primam & vltimam. Harum aut est magna diuersitas. Quoniam verò de deriuatiuis & compositis multa etiam superius diximus, curæ erit eorum tantùm hîc meminisse, quæ illic non habentur.

A IN MEDIIS SYLLABIS.

A ante B.

A *ante* B *in medio dictionis corripitur, vt Cantaber, Canabis. Excipiuntur deriuatiua in brum, bilis, bulum, bundus, vt Ventilabrum, Animabilis, Venabulum, Cogitabundus. Item Atabulus ventus, Velabrum uicus, Candelabrum, & Amabo interiectio.*

A ante C.

A *ante* C *in medio corripitur, vt Acinaces. Omphacias.*

Excipiuntur autem ab his,

Anchaces, pop.	*Benacus.*
Cloaca.	*Cochlaca.*
Limaca.	*Portulaca.*
Pastinaca.	*Hippaco.*
Meracus, a, um.	*Opacus.*
Otacilius, propr.	*Sarracum.*
Syracusæ.	*Numacius.*
Pediacia.	

Item

Item omnia deriuatiua in ceus, cius, culus & cundus, vt Herbaceus, Gallinacius, Bibaculus, Iracundus. Item quę in Crum exeunt, vt simulacrum, &c. Peregrina quoque in cus & cum, vt Vnalacus, Eboracum.

A ante D.

A *ante* D *in medijs syllabis corripitur, vt Academia, Aeneades. Excipiuntur, Ageladas, prop. Demales, Iades, fl. trisyllabum, cicada, & peregrina, vt Conradus, Menradus.*

A ante G.

A *ante* G *in medio producitur, vt Comagene, Quadraginta. &c.*

Excipe

Acragas.	*Astyages.*
Attagen.	*Lalage.*
Pelagus.	*Pantagias, fl.*
Paphlagon.	*Messageta.*

Thyrsageta. Item quæ formantur à verbis infiniti secundi, vt Hyppallage. Et ab ἄγλω & φάγω Pedagogus, Pamphagus. Item composita, vt Onager, Meleager, Mandragora, Pythagoras. Postremò, nomina in agus secundæ declinationis, vt Lucagus, Vertagus, Harpagus.

A ante L

A *ante* L *in medijs corripitur, vt Italus, Tantalus, &c.*

Excipe

Cephalenes.	*Ilyssus, opp.*
Messala.	*Omphale.*

Pharsa-

Pharsalus.	*Sardanapalus.*
Styphalus.	*Seramalus, propr.*
Sanalis.	*Sodalis.*
Magalia.	*Maralia.*

Item omnia Deriuata in LIS *&* LE, *vt Animalis, Aequalis, Focale.*

A ante M.

A *ante* M *in medio corr, vt calamus, Thalamus.*

Excipiuntur.

Dictamus, dictamum, contamino. Item omnia quæ in Amen & amentum finiuntur, vt Solamen Iuramentum.

A ante N.

A *ante* N *in medijs corripitur, vt Galbanum, Lasanum. Excipiuntur primò omnia deriuata in anus, anius, & aneus, vt Vergilianus, Titanius, Araneus, Aranea.*

Deinde, quæ in anis exeunt, vt Immanis, Inanis.

Tertiò, Propria in Anor & Anas aut anius. Ania, vt Bilanor, Bolanus, Toranius. Lecania. Qua ratione & Theano ponitur apud Vergil.

Postremò, Gentilia huius formæ, vt Hispanus, Germanus. *Sub exceptio.*

Tolluntur tamen hinc ad regulam pertinentia.

Ascanius.	*Capaneus.*
Catane oppid.	*Caranus.*
Ceranus.	*Cyane.*
Cyaneus.	*Duranus loci nomen.*
Euganeus.	*Ecbatana.*
Hebromanus.	*Libanus.*

a nus.

Illibanus propr. *Hypanis.*
Marcomanus apud Statium.
Prytanis. *Pitanus, e.*
Oceanus. *Sequana.*
Susana loci nomen. *Sicanius.*
Sicanus, var. *Tabropane.*

Item, quæ derivatione A *corripiunt, vt Aristophanes, Hippomanes. Et quæ ex appellativis fiunt propria, vt Lutanus nomen serui, Stephanus.*

Item nomina in danus, vt Apidanus, Eridanus.

A ante P.

A *ante* P *in medio corrip. vt Iapetus, Menapij.*

Excipe,

Anapus, fl. *Cynapes, fl.*
Iapis, trisyllab. *Iapyx.*
Iapedites, patron. *Mesapus.*
Neapolis, quod compositis adnumeratur.
Priapus. *Serapis.*
Sinapi. *Prosapia.*

A ante Q.

A *ante* Q *in medio corripitur, vt Tanaquil.*
Composita, vt Quaq;, Nequaquam, &c. nota sunt.

A ante R.

A *ante* R *in medijs corripitur, vt Barbarus, Hilaris.*

Excipe,

Amaracus. *Auaricus.*
Caphareus. *Longarenus, propr.*
Margarita. *Tiara.*

Item deriuata in Aris & are, vt Molaris, Cochleare. Qua ratione & Baleares ponitur.

Item adiectiua in Arus, vt Auarus, Amarus.

Postremò deriuatiua Latina in arius, a, um, vt Aquarius, Denarius, Stlataria, Panarium. Quibus similia ponuntur, Pinarius & Phalarica.

A ante S.

A *ante* S *in medijs corripitur, vt Pharrhasius, Iasius.*

Excipe,

Agasō.	*Amasis, propr.*
Iason.	*Naason, apud Mant.*
Omasum.	*Parnasus.*

Et propria quædam in asius, asia, vt Viridasius. Colocasia herba.

A ante T.

A *ante* T *in medijs corripitur, vt Cyathus, Calatus.*

Excipe,

Aratus propr.	*Ceratus, fl.*
Cicatrix.	*Fabrateria.*
Grabatus.	*Palatum.*
Reate, opp.	*Tiphata, mons.*
Theatrum.	*Veratrum.*

Item deriuatiua in atius, aticus, atus, a, um, vt Horatius, Venaticus, Dentatus, a, um, Palatiū, Viaticum. Præterea & ea quæ in atilis, ator, & atim formantur, vt Fluuiatilis, Arator, Vicatim, Turmatim. Postremò propria & gentilia in ates, vt Mithridates, Crotoniates. E quibus tamen vltimis notantur, Zalates & Palates propria, & Galata, Sarmata, Dalmata, gentilia.

A *ant*

A ante V consonantem.

A *ante* V *in medio producitur, vt Octauus, Timauus.*

Excipies Patauium, & Batauus cum deriuatiuis suis, quod variatur.

E IN MEDIIS SYLLABIS.

E ante B.

E *ante* B *in medijs corripitur, vt cerebrum.*

Excipe, quæ ex longis fiunt, aut aliàs deriuatione producuntur, vt Ephebus, Delebilis.

E ante C.

E *ante* C *in medijs producitur, vt Verecundus, Imbecillis.*

Excipe,

Berecynthus, *Seneca,*
Suffecius, *Telecoon.*

E ante D.

E *ante* D *in medijs producitur, vt dulcedo, Sarpedon.*

Excipe,

Empedocles. *Essedum.*
Lebedus, oppid. *Macedo.*
Peucedamum herba. *Remedium.*
Tenedos. *Velleda propr.*
Picedula indiff. *Notetur etiam composita à* μέδω, *vt Alcimedon, Antomedon.*

Item Lacedæmon.

E ante F.

E *ante* F *corripitur, si modo hoc reperire liceat. De compositis, vt Madefacio, Veneficus, suprà dictum est.*

E ante G.

E *ante* G *in medio corripitur, vt Elegia. Excipe, Cethegus. Et quæ ex compositione aut deriuatione* E *producunt, vt Symplegas, Collega, &c.*

E ante L.

E *ante* L *in medijs prod. vt Camelus, Phaselus.*

Excipe,

Agelades.	*Achelous.*
Arelas.	*Ardelio.*
Auelis propr.	*Eleleus.*
Enceladus.	*Encheliæ.*
Ficeliæ.	*Nyctelius.*
Penelope.	*Penelops anis.*
Pterelas.	*Sepelio.*
Vindelicus.	*Item Græca quæ formantur in Lus & Le, vt Angelus, Cypselus, Cybele, Semele.*

E ante M.

E *ante* M *in medijs producitur, vt Extermus, Vindemia, &c.*

Excipe,

Alemannus.	*Anemus cum suis deriu.*
Anthemon.	*Artemis.*
Elementum.	*Polemon propr. cum suis.*
Solemus propr.	*Telemus propr.*
Vehemens.	*Deriuatiua autem & composita ex sua origine spectanda sunt.*

E ante N.

E *ante* N *in medio produc. vt Serinus, Silenus.*

Excipe,

Armenia.	*Ambenus propr.*
Alimenas propr.	*Berenice.*

Hebenus

Hebenus. *Helenus, à.*
Iuuenis. *Ingenium.*
Ingenuus cum relequis. *Deriuatiuis.*
Olenus. *Ormenus.*
Parmeno. *Pœmenis canis.*
Parthenus. *Philoxenus.*
Porsena. *Item omnia, quæ habent formam Participiorum Græcorum, vt Clymenus, Clymene, Clazomenæ, Diadumenus, Melpomene, Orchomenus, &c. Postremò, quæ deriuatione corripiuntur, vt Demosthenes, Hermogenes, Philoxenus, à σθένος, γένος, ξένος.*

E ante P.

E ante P in medijs corrip. vt Elephas, Telephus,

Excipe,

Æsepus fl. Asclepius. Præsepe.

E ante R.

E ante R in medio corrip. vt Inferus, Superus, Posterus. Excipiũtur, primò hæc quæ propria sunt, vt Homerus, Iberus &c. Tollũtur aũt ab hac exceptione, primum Latina in Erius, a, vt Valerius Valeria. Secũdò Græca in Rus, quæ ex denominatiuis propria facta sunt, aut aliàs deriuatione corripiũtur, vt Bellerꝰ, Bellerophõ. Hiera tamẽ & Hieras mediã producũt. Tertiò notãtur hæc partim cõposita, partim Deriuata, vt Acherõ, Eucherius, Asterie, Eleutherius. Et peregrina, vt Hieremias, &c.

Secundò excipiũtur à Regula adiectiua plæraque secundæ declinationis, vt Seuerus, Syncerus, Quibus adduntur Cyperus & Galerus.

Tertiò excipies omnia Græca in τήριον aut τηρία finita, vt Arteria, Mysteriũ. Quam rationẽ & Latinũ, Dicteriũ, sequitur. Item omnia quę E *longa apud Græcos habent, vt Panthera, Statera, Cratera. Et compositum Trieteris, Trieres, Poderes.*

E ante S.

E *ante* S *in medijs corripitur, vt Vogesus, Campesus, Nemesis, Tiresias. Excipiuntur.*

Acesius.	*Carchesium.*
Etesiæ.	*Megalesia.*

Milesius & alia huius formæ, vt Magnesius, &c.

Excipiuntur & nomina in Esus Græca in primis, vt Galesus, Halesus. Et participia huius formę vt Ambesus, Obesus. Notatis tamẽ his quæ in Regula superius posita sunt. Postremò tolluntur, quæ in esimus exeũt, vt Vicesimus, & uerbalia in esis vt Catachresis. Hac ratione ponũtur & Monesis proprium, & Ecclesia cum reliquis his similibus.

E ante T.

E *ante* T *in medio dictionis producitur, vt Temetũ, Lucretius, Secretus, Moneta. Excipiuntur*

Aetus, Aetius, &c.	*Arete cum compos.*
Archetius propr.	*Calpetius.*
Lucetius.	*Lampetie.*

Item Gentilia, vt Heluetij, Pometij, &c.

Caletos propr.	*Dercetis.*
Eteretes. Feretrum.	*Impetus.*
Magetes.	*Oreta pop.*
Penetro.	*Pharetra.*
Taygetus.	*Vegetus, a, um.*

Vege-

Venetus, a, um. *Vietus indiff.*

Excipiuntur etiam nomina in tas, vt Pietas. Et propria in tus, precedēte P, *vt Capetus, Iapetus. Item propria in taon, tion, thon, & thusa, vt Hypetaon, Eetion, Phaethon, Arethusa. Pertinent huc etiam Meretrix & Obstetrix.*

E ante V.

E *ante* V *in medijs producitur, vt Aleuas, Sueuus. Ad composita autem referuntur Beneuentum & Maleuentum.*

IN MEDIIS SYLLABIS.

I ante B.

I *ante* B *in medijs corripitur, vt Horribilis, Credibilis, &c.*

Notantur hic tamen, quæ à supinis penultimā longam habentibus formantur, vt Sitibundus, &c.

I ante C

I *ante* C *in medijs corripitur, vt Manica, Tunica, Vitricus.*

Excipiuntur primò propria in cus barbara & peregrina, vt Henricus, Alaricus. Quibus similia sunt, Labicus, Mauricus, Vaicus, Triuicus, & Vapicus.

Secūdò excipe hæc ex substantiuis in ca, vt Formica, Lorica, Lectica, Marica, Myrica, Nasica proprium, Rubrica, Vrtica, Vesica, Vrtica mons.

Tertiò excipe Nomina in cus, adiectiua quidem, e Amicus, Apricus, Anticus, Mendicus, Pudicus, Posticus, Petricosus. Substantiua verò, Lumbricus & Vmbilicus.

Quartò tolles ex Diminutiuis, Craticula, Canicula, Clauicula, Cuticulu, Febricula, Siticula, Viticula. Item quę diminutiuorum formam habẽt, vt:

Pediculus.	*Somniculus.*
Æquicolus.	*Cuniculus.*
Sarticulus gent.	*Periculum.*
Redimiculum.	

Quintò excipe ex iis quæ in Icius exeunt:

Apicius	*Aricia.*
Laserpicium.	*Multicium.*
Nonicius.	*Numicius, quod variat.*

Postremò tolluntur hæc: Pedico, Ceruical, Febricito. Vaticanus autem variatur.

I ante D.

I *ante* D *in medijs corripitur, vt Myrmidon, Aufidus. Excipiuntur, Acidalia.*

Chelidonia.	*Considero.*
Desidero.	*Elegidium.*
Fastidio.	*Formido.*
Fidius.	*Pisidæ pop. Vestidius.*

Item deriuatiua in ide, vt Libido, Cupido. Et quæ ex peregrinis in Dus finiunt, vt Sigesfridus.

Postremò excipe Patronymica, quæ a nominibus in Eus & Es formantur, vt Coronides, à Coroneus, Neoclides à Neocles. Quorũ rationem & illa sequntur: Belides, Posides, Lycurgides, Godrides, Lagides & Alibides.

I *ante* F *non reperitur nisi in compositis, in quibus corripitur, vt Aurifex, Carnifex, Furcifer.*

I ante G.

I ante G *in medio corripitur, vt Caliga.*

Excipe,

Auriga.	*Caligo Nomen & verb.*
Castigo.	*Instigo.*
Vestigo.	*Fatigo.*
Fastigium.	*Vectigal.*

Prestigiæ & Præstigiator, Item nomina in Go, vt Origo, Rubigo, &c.

I ante L.

I *ante* L *in medijs corripitur, ut Troilus, Zoilus.*

Excipe, Asilus nomen insecti, Gentile & proprium.

	Item,
Acilius propr.	*Ansilenus.*
Diuilius. Lucilius.	*Manilius.*
Masilius.	*Oileus.*
Pantilius.	*Petilia.*
Rutilius.	*Seruilius.*
Strobilus.	*Venilia.*

Item deriuatiua in ilis & ile, vt Ouile, Quintilis, Exilis, Subtilis, Aprilis. Notatis hic paucis, quæ ad Regulã & verbalia pertinent, vt Humilis, Facilis, Gracilis, Similis, Sterilis, Dapsilis, &c.

Producuntur etiam Festorum nomina, vt Palilia, Fœnilia. Item composita, Argiletum, Primipilus, Achilus, Crocodilus. Arimininum.

I ante M.

I *ante* M *in medio dictionis corripitur, vt Animus. Excipe, Alimenus propr.*

Lenimen.	*Molimen.*
Opimus.	*Patrimus.*

Matri-

Matrimus. *Quadrimus & similia.*

I ante N.

I *ante* N *in medijs corripitur, vt Geminus, Terminus. Excipiuntur primò hæc, Acinaces.*

Aceſines fl. *Caminus.*
Catinus. *Cuminum.*
Couinus, currus. *Echinus.*
Feſtino, as. *Gelaſinus.*
Inquilinus. *Opinor.*
Omninò. *Propino.*
Popina. *Puluinar.*
Supinus. *Sagino.* *Salinum.*

Secundò excipies derivatiua in nus, a, um: vt Peruſinus, Venuſinus. Notatus tamẽ hinc Latinis, quæ in Ginus exeunt, & quæ ab aduerbijs temporia formantur, vt Faginus, Craſtinus. Item ad Regulam pertinent Græca, quæ à nominibus temporum, materiarum, florum, herbarum, arborum, lapillorum, odorum, colorum & similium deriuantur, vt Earinus, Bombycinus, Crocinus, &c.

Tertiò excipiuntur, propria in nus, nius, a, um, deſinentia, ſiue rerum, ſiue perſonarum fuerint. Quibus adduntur & Patronymica in ne, vt Arginus, Eraſinus, Nonacrine.

Notantur autem ex his:

Æſchinus. *Carcinus.*
Celinus. *Cyminus.*
Fucinus. *Morinus.*
Torinus. *Aſinius.*
Herminius. *Lycinius.*

Sterti-

Stertinius. Tarquinius. Et quæ in a desinunt, vel in um neutra similiter I *ante* N *corripiunt, vt Catina, Fascellina, Ariminũ, Lauiniũ.*

Quartò excipe substantiua in na primæ declinationis, Latina in primis aut ab his vsurpata, vt Rapina, Vrina, Hemina, Sagina. Et quæ in um desinũt neutra, vt Pistrinũ, Salinũ. Ex quibus rursum tollũtur hæc, Fœmina, Fuscina, Fiscina, Gausapina, Lamina, Machina, Nũdinæ, Patina, Pagina, Sarcina, Sibina, Trutina, & Resina quod variatur.

I ante P.

I *ante* P *in medio corrripitur, vt Manipulus, Discipulus.*

Excipiuntur.

Aliphæ. Enipeus, fl.
Euripus. Scriphos inf.
Rhasipalis propr. Caiphas variat.

I ante Q.

I *ante* Q *in medys producitur, vt Antiquus, Obliquus.* Excipe,

Siliqua & composita, Reliquus, Aliquis, &c.

I ante R.

I *ante* R *in medys corr. vt Triumuiri, Treuiri,*

Excipe,

Busiris. Bechires pop.
Camirus opp. Cypirus.
Epirus. Magirus.
Osiris. Petosiris.
Sapphirus. Cabirus.
Lairus. Semiramis.

Item

Item nomina propria in trius, vt Rodilirius. Qua ratione & Equiria ponunt. Praterea quæ in tra exeũt fœminina Graca, vt Deianira, Stagira.

I ante S.

I *ante* S *in medio corripitur, vt Cytisus.*

Excipe,

Anchises.	*Cogisantra.*
Diuisus.	*Gauisus.*
Lalisio.	*Paradisus.*

Item propria plaraque in isus & isa, vt Amphisus, Elisa. Et quæ in isius, ia, ium, terminantur, vt Carisius, Ocrisia, Aruisium.

I ante T.

I *ante* T *in medys syllabis corripitur, vt Iphitus, Nauita, Orbita.*

Excipiuntur primò.	*Aquitanus.*
Aconitum.	*Amphitrite.*
Amphrodite.	*Coritha.*
Erithus.	*Gallita, propr.*
Ilithya.	*Inuitus, a, um.*
Inuito, as, re.	*Irrito, as.*
Lusitanus.	*Mephitis.*
Orithya.	*Pituita.*
Scriblita.	

Secundò excipiuntur, quæ in Tius vel Tia desinunt, vt Misitius, Anitia, propr. Quo & ea pertinent quæ duabus syllabis superant supinum, vt Emissititius, Suppositititius.

Tertiò excipe denominatiua Latina in itus, a, um, quę copiam aut abũdantiam, notam aut signum

signi-

significant, vt Auritus, Mellitus, Recutitus.

Pertinent huc & participialia quæ à supinis producentibus penultimam formantur, vt Magitus, Pruritus. E quibus notatur Ambitus nomen penultima correpta.

Item verbalia in Tor & Tio, ut Auditor, Petitor, Petitio, Munitio. Et aduerbia in itim, vt Viritim. Atque horum exemplo apud Horatium, Fortuitus i longa ponitur lib. 2. Car. Ode. 15.

Nec for - - tui v - tum cernere cespitem.

Postremo excipe Græca & quæ Græcorum formã habent in itas, ites, ita, & itis, vt Thirsites, Polites, Architas, Tomita, Oceanitis.

I ante V consonantem.

I *ante* v *consonantem in medio producitur, vt Saliua, Conniueo, Gingiua. Excipiuntur, Simbrium fluuij nomen & Niniue oppidum.*

O IN MEDIIS SYLLABIS.

O ante B.

o *ante* b *in mediis syllabis corripitur, vt Niobe, Tabræpane. Excipe, Canobus. Item composita, vt October, &c. & quæ ex declinatione* o *longum habent, vt Ambobus, Duobus, &c.*

O ante C.

o *ante* c *in medio dictionis producitur, vt Latrocinium, Patrocinium, Tyrociniũ, Lenocinium, &c. Excipe, Correci nomen piscis apud Auson. Græca per se nota sunt, vt Anthiochus, Apocha, &c. De Barbaris non est quod soliciti simus.*

O ante D.

o *ante*

O ante D in medijs corripitur, vt Commodus.

Excipe,

Betrodum.	Emodus mons.
Herodes.	Herogius.
Orodes, propr.	Thermodon, fl.
Nebrodes mons.	

Et reliqua Græca in Odes quæ abundantiam significant, vt Capnodes. Deriuata & composita nota sunt, vt Custodio à Custos Custodis--v.

O ante G.

O ante G corripitur, vt Elogium.

Excipe, quæ à Græco ἀγωγὴ deriuãtur, vt Pedagogus, Synagoga, &c.

O ante L.

O ante L in medio corripitur, vt Iole, Scæuola,

Excipe, Capitolium, Idolum.

Iolas.	Mediolanum.
Præstolor.	Subsolanus.

Item pleraque propria Græcorum in vs, vt Timolus, Mausolus. Sic etiam composita, vt Bibliopola, Pharmacopola,

O ante M.

O ante M corripitur, vt Hebdomas, Marcomanus. Excipe Neutra omnia & Græca & Latina, vt Ceroma, Axioma, Cinamomum. Item, Ithomus mons, & Ithome arx.

O ante N.

O ante N in medijs producitur, vt Antonius, Sempronius.

Excipe ex illis quæ in vs, a, um, purum desinunt

nunt hic, Atronius, Mandonius, Apollonius Harmonia, Pannonia.

Ionium mare. Nam cum regionem significat, producitur. Item, paretonium.

Pelethronium. Et quæ à breuibus formantur, vt Ausonia, Macedonia. Pæonia.

Secundò excipiuntur ex ijs, quæ in nus, a, um, exeunt, Aponus fluuij nomen, Gottonum, Myconos, Axona & Matrona flu.

Huc pertinent & Græca fœminina in one purum, vt Alcyone, Hesione, Ilione, à quo Ilioneus. Quibus additur & Meriones. Notantur tamen ex his patronymica, vt Acrisione, &c.

Postremò corripiuntur, Aconitum, Ballonotus & Edonis variatur.

O ante P.

O ante P in medijs corripitur, vt Cardopus. Primò excipiũtur, Asopus fl. Æsopus Crotopus, Inopus, omnia deniq; quæ ab ὤψ. ὠπός deriuãtur.

Secundò excipies hæc, Canopus.

Hysopus.	Iopas.
Rhodopis meretrix.	Epopeus.
Synopeus.	Conopeum.
Hydropicus.	Cleophas.

O ante Q.

O ante Q in compositis tantùm reperitur correptum, vt Alloquor, Decoquo. Producuntur, Alioqui & vtroque.

O ante R.

O ante R in medio corripitur, vt Cerchorus, Paco-

Pacorus. Excipe,

Aurora. *Opera, id est, autumnus.*
Achorcus, propr. *Antores.*
Ciborum. *Diores.*
Licoras. *Lycoris, &c.*
Item Cytorus. *Helorus, fl.*
Pelorus. *Risamori pop.*

Sertorius, quod Latinorum Deriuatiua imitatur, vt Praetorius, Quæstorius, &c.

O ante S.

O *ante* S *in mediis producitur, vt Tholosa, Viuosus, &c. Excipe Eboſia & Genosus fl. Item Graca, in Osius, a, um, vt Leuosia. Syracosius, a, um, Ambrosius, &c. Item Græca ſubſtantiua in* Y *ne, vt Euphroſine, Mneruoſyne. Compoſita, vt Cynoſura, Pandroſus, Petoſiris notæ ſunt.*

O ante T.

O *ante* T *in mediis producitur, vt Deltoton, Epiroticum, &c. Excipito nomina in Tes vel Ta, vt Sibotes, Acrota. Item compoſita à* ΛΟΤΟΣ *&* ΠΟΤΗΣ, *vt Zenodotus, Hydropotes.*

Poſtremò & hæc,

Acrotatus, propr. *Abrotanum.*
Ballonotus. *Deiotarus.*
Hyppotas. *Oſtrogothus.*
Oenotria. *Onocrotalus.*

O ante V.

Hoc non reperitur niſi in Barbaris, quæ pleriq; corripuerunt, vt Ludouicus.

V IN MEDIIS SYLLABIS.

V ante B.

V *ante* B *in medijs corripitur, vt Manubia, Manubrium, &c.*

Excipe.

Ambubaia. *Anubis.*
Saluber. *Volubilis.*
Solubilis & his similia à supinis penultimam longam habentibus deriuata. Conubium, variatur.

V ante C

V *ante* C *producitur, vt Festuca, Sambuca. Excipe, Volucer, & qua ex breuibus vel deriuantur, vel componuntur, vt Educo, Bardocucullus.*

V. ante D.

V *ante* D *in medijs producitur, vt Hirudo, Testudo. Notabis à breuibus deriuata, vt Erudio, Repudio, &c.*

V ante G.

V *ante* G *producitur, vt Ferrago. Nota, qua à breuibus veniunt, vt Coniugium, Refugium.*

V ante L.

V *ante* L *in medio corripitur, vt Cingulum, Oculus.*

Excipe,

Apulia. *Amulius.*
Adulor. *Getulus.*
Fulus trisyllab. *Peculium.*
Et deriuata in vlis, vt Tribulis, Curulis.

V ante M.

V *ante* M *in medijs producitur, vt Bitumen, Legumen.*

Excipe,

Autumo.	*Contumax.*
Contumelia.	*Columella.*
Columen.	*Cucuma.*
Cucumis.	*Cruſtumium.*
Cruſtumeri.	*Irrumo.*
Lucumo.	*Pactumeius.*
Poſthumus.	

Item verbalia in MEN *&* MENTUM, *deriuata à ſupinis penultimam aut corripientibus, aut poſitione producentibus, vt Monumentum, à Monitum, Documentum à Doctum. Item in quibus* V *antiquo more pro* I *ponitur, vt Maxumus, Optumus.*

V ante N.

V *ante* N *producitur, vt Lacuna.*

Excipe, Albunea, ſyluæ nomen apud Virg.

V ante P.

V *in medio dictionis ante* P *corripitur, vt Rutupium, Quadrupes.*

Excipe, Arrupinus. & Marſupium.

V ante R.

V *ante* R *in mediis producitur, vt Hetruria. Penuria.*

Excipe,

Anxurus.	*Biturix.*
Camurus.	*Centuripe op.*
Centuria.	*Decuria.*
Lemures	*Ligures.*
Luxuria.	*Purpura.*
Sabura, prop.	*Satura, prop.*
Saturea.	*Saturo, as, re.*

Tugu-

Tugurium. 43

Et plaraque propia in RIVS, *vt Vulturi Mercurius. Item meditatiua verba omnia penultimam corripiunt, præter Scaturio, de quo tamen an meditatiuum sit, dubitatur.*

V ante S.

V *ante* S *in dictionibus à Græcis transumptis fere omnibus producitur, vt Rhamnusius, Cadusius. In iis autē quæ Latinis tātùm vsurpata sunt corripitur, vt Volusius, Blandusia, Perusia, Brundusium. Venusia autem variatur. Corripiunt etiam penultimam, Ebusus insulæ nomen & proprium viri, & volusus.*

V ante T.

V *ante* T *in medijs producitur, vt Astutus, Astutum, Præputium. Excipe, Arbutus, Defrutum, Diuturnus & Minutius proprium.*

V ante V consonantem.

V *ante* V *consonantem in medio semper corripitur, vt Exuuiæ, Induuiæ, Pacuuius.*

Y IN MEDIIS SYLLABIS.

Y *ante* B *in medijs corripitur, vt Intybum, Corybas, &c.*

Y ante C.

Y *ante* C *in medijs corripitur, vt Amycus, Corycus, Monychus, &c. Excipe, Caycus, Gentile. Amycle etiam non facilè penultima correpta positum inuenies.*

Y ante D.

Y *ante* D *corripitur, vt Corydon, Calydon. Ex-*

Abydus, Thucydides & Pherecydes.

Y ante G.

Corulnte G in medijs corripitur, vt Ogygia, Thaygetus. Excipiuntur, quæ deriuantur à Pyga, vt Depygis, Catapygus. Item, Lestrygon, Salpyga serpens.

Y ante L.

Y *ante* L *in medio dictionis corripitur, vt Aeschylus, Aemylius. Excipe, Conchyle, Massyli, Ancyle. Item composita, Asylum, Eriphyle, Alophylus, Pamphylia, &c.*

Y ante M.

Y *ante* M *corripitur, vt Lachrymor, Etymon, Excipe, Amymone, Enthymema, &c.*

Y ante N.

Y *ante* N *in medijs corripitur, vt Coryneus, Corynetes. Excipe, Amynon & Amynias propria. Item deriuatiua à verbis in ωω, vt Pachynus. Et Mossyni populi.*

Y ante P.

Y *ante* P *semper corripitur in medijs, vt Sisyphus.*

Y ante R.

Y *ante R corripitur, vt Satyra, Tomyris. Excipe, Amphyramus, Butyrum.*

Corcyra. *Cosyra.*

Collyrium. *Nisyrus. Papyrus.*

Y ante S.

Y *ante* S *in medio corripitur, vt Elysius, Odrysius, Elysius, &c.*

Excipe,

Excipe,

Amphryse, Cambyses, Donysa, Dionysius.

Y ante T.

Y *ante* T *corripitur in medijs syllabis, vt Eurytus, Anytus. Excipe, Anythone, Berytus, Corytus, Cocytus, Hasbyte proprium. Et composita, vt Polymythus, Cathamytus, &c. Sed & Erythræus, a, um, non facilè apud Latinos ante penultimã correptã inuenire licebit.*

DE VLTIMIS SYLLABIS. Caput. XIIII.

A in fine.

NOmina in A *declinabilia corripiuntur, vt hæc Musa, Natura, Cornua, Altaria. Sic etiam Neutra pluralia, & quæcunq; nomina aduerbialiter ponuntur, vt Transuersa tuentibus, &c.*

Fxceptiones.

Tolluntur autem hinc primò ablatiui primæ declinationis, quæ in A *productum desinunt, vt ab hac Musa.*

Item vocatiui nominum Græcorum in as, vt Aenea, Anchisa, ab Aeneas, Anchises. Notantur autem ex his vocatiui nominum in tes, vt Oresta, Poëta, &c.

Producunt etiam A *apud Latinos quidem nominatiui propriorũ Græcorũ, vt Nemia, Tegea, Hypermestra, Malea, & alij quos vsu addiscere licebit. Nam quæ Græci hic tradunt omittimus, cum à Latinis parum aut nihil curentur.*

Regula secunda. *Indeclinabilia autẽ omnia in* A *tam verba quàm aliæ orationis partes,* A *producunt, vt Ama, Lauda, &c. Item, Antea, Extra, Intra, Frustra, Interea, Præterea, & reliqua quæ his similia reperiuntur. Quo & numeralia in ginta referri debent, vt videtur, qualia sunt: Triginta, Quadraginta, &c. Licet enim de his multa disputent Grammatici, & ambigua esse contendant, cum scilicet apud nõnullos corripiantur, à Virgilio tamen, cuius auctoritas meritò præcedere debet, vbique producuntur.*

Exceptio.

Excipiuntur autem ex omnibus his Ita & Quia. Postea apud Ouidium quoque A *breui inuenitur, quod alij postea dimissis dictionibus legunt.*

E in fine.

Regula. *Quæ in* E *desinunt, corripiuntur, vt Cape, Cubile, Posthume, Sacerdote, Amare, Docere, Currere, Pone, Pene, Sape, &c.*

Exceptiones.

Excipiuntur primò vocatiui Græcorum nominum in ES, *vt Chreme, Lache, Anchise.*

Secundò excipiuntur omnia quintæ declinationis in E, *quæ ab his deriuantur, vt Specie, Die, Re, Quare, Hodie, &c. Quibus addunt & Fame ablatiuum à Fames.*

Tertiò verba secundæ personę imperatiui modi in secunda cõiugatione, vt Doce, Mane, Flore. Excipiuntur autẽ ex his Caue & Vide, quorum illud semper vbiq; corripitur. Vide autẽ in cõpositione plerũque, vt Vide sis, Videri. Addunt his nõnulli & Vale.

Quæ

Quartò producuntur aduerbia in E, *quæ ab adiectiuis secundæ declinationis formantur, vt* Æquè, *Iustè*, Eximiè, Minimè, Maximè. *Item hæc*, Ferme, Ferè, Ohe, *&c. Notantur autem ex his* Benè *&* Malè, *vltimam corripientia.*

Quintò, monosyllaba in E, *vt* Me, Te, Se, Ne, *prohibendi.* E *quibus notabis enclitica*, Que, Ne, Ve, *&* Syllabicas *adiectiones, quales sunt in huiusce*, Meapte, Tute, *&c.*

Postremò producuntur & Græca in E *longum exeuntia, vt* Daphne, Herse, Penelope. *Et quæ ex* ει *in* H *contrahuntur, vt sunt* Cete, Tempe.

I in fine.

In I *finientia producuntur, vt* Magistri, Sacerdoti, Amani, Docui, Didici. Regula.

Exceptiones.

Primò tolluntur Græca in I *simplex tertiæ decli. & nominatiui & vocatiui & datiui, vt* Meli *cum suis cõpositis, vt* Meliloton, Pari, Nerei, Palladi, Thethyi, *&c. Vbi notanda, quæ ex prima Græcorum declinatione in tertiam Latinorũ defecerũt, & quasi Latina facta sunt, quare & horum naturam sequuntur, vt* Oresti, Pyladi, Euripidi, *&c.*

Secundò variant, Mihi, Tibi, Sibi, vbi, Ibi.

Tertiò, corripiũtur Nisi *& quasi. Licet enim quidam hæc ambiguis adnumerent, tamẽ correptio tutior est. Vti etiam in compositione tantummodò corripitur, vt in* Vtiq;, Sicuti. *Simplex autẽ ad regulã pertinet. Sed & pronomen*, Cui, *si diuisis syllabis in scansionem venit, variat vltimam. Frequẽ-*

tius tamen Monosyllabum ponitur, & 1 producit.

O in fine.

O in fine dictionum indifferens est, id est, tam longa quàm breuis poni potest, vt in Virgo, Lectio, Visio, Amo, Quãdo, &c. Sic etiam gerundia in do, vt Amando, Docendo.

Exceptiones.

Excipiũtur à regula datiui & ablatiui in o, vt domino, à dominus, qui tantũmodò producuntur.

Secundò, tolluntur hinc Scio & Nescio, quæ semper corripiuntur. Quibus alij etiam duo addunt, & pronomen Ego.

Tertiò, coniunctiones & aduerbia, quæ ab ablatiuis in o formantur, vt Ideò, Adeò, Tantò, Quantò, Meritò, Falsò, &c. Hæc enim primitiua sua o producẽtia sequũtur. Sic etiã Ergô circumflexum pro causa positum semper producitur. Et Quando in cõpositione cũ Quę semper producitur, cum Quidem verò, vt Quandoquidem, corripitur.

Notantur autem in Exceptione hac, Modo & Quomodo, correpta. Item Cito & Illico, correpta. Et Serò quod variatur. Cui addunt etiam hæc: Sedulò, Mutuò, Crebrò, Profectò, quæ tamen tutius producere licebit.

Quartò excipies monosyllaba, quæ solummodo producuntur, vt Do, Sto, Flo, o, Pro.

Postremò Græca fœminina in o, vt Dido, Hero, Sapho. Et obliqui, qui à nominatiuis Atticis in os veniunt, vt Androgeo. Meneleo, quæ tantummodo producta vltima poni consueuerunt.

V in

V in fine.

Omnia quæ in V *desinunt producuntur, vt Tu, Diu, Genu.*

Y in fine.

Quę in Y *terminantur Græca nomina, vltimam corripiunt, vt Moly, Thiphy. Excipe, quę synæresim passa sunt, vt Tethy, pro Thethyi.*

DE DICTIONIBVS CONsonante terminatis.

B.

In B *finientia corripiuntur, vt Ab, Ob. Possunt hîc notari Barbara, vt Iacob, Iob, quę à Græcis per* ω *scribuntur.*

C.

C in fine positum producit finalem syllabam, vt Exceptio. *Sic, Ac, Dic, Duc, Hoc. Excipe, Nec, Lac, & Donec. Et pronomen Hic, quod variatur.*

De Imperatiuo Fac, pro face, magna apud Grãmaticos cõtentio est: Ego tũ Tutius corripi posse iudico, licet enim in nõnullis exemplis producatur.

D. L. M.

In D, L, M, *omnia corripiuntur, vt illud, Exul, Consul, Scamnum, &c. Excipe, Sol, Nil, & Peregrina, vt Baal, Michael, Israel, Micol, Phicol, &c.*

N.

In N *desinentia producuntur, vt Quin, Sin, En,* Regula. *Non, Siren, Pęan, Actęon, &c.*

Exceptiones.

Excipiuntur primò ex Latinis, An, In, Tamẽ, Attamẽ, Forsan, Forsitan, Viden, cum aliis huius

forma

formæ, vt Egon, & c. Item, quæ apocopen patiuntur, vt Dein, Exin, Proin, Men, &c. pro Deinde, Exinde, Proinde, Mene.

Secundò excipe omnia in E, *quæ declinantur Inis, vt Nomen, nominis.*

Tertiò Græca, quæcunq; apud Latinos in secundam declinationem cadunt, vt Erotion, Ilion.

Item accusatiuos à nominibus penultimam breuem habentibus, vt Thetin, Procrin, Maian, &c. Sic & Hymen vocatiuus vltimam corripit.

P.

In P, *Latinum & vsitatum nullum est. Peregrina autem, vt Ioseph, producuntur.*

R.

Regula. *In* R, *quæ apud Latinos in vsu sunt, siue Græca siue Peregrina, corripiuntur, vt Puluinar, Hector, Amilcar.*

Exceptiones.

Excipe, Par cum suis compositis: Nar, Lar, Far, Cur, Fur, & Cor quod variatur.

Item Græca, quę in ER *desinunt, & genitiuum formant, per eris, penultima tam longa, quàm breui, vt Aër, Aether, Crater, Iber. His adnumeratur & ver veris. Celtiber autem vltimam variat.*

AS.

Regula. *Omnia in* AS *producuntur, vt Castitas, Fas, Laudas, Musas, Legas, Curras, &c.*

Fxceptiones.

Primò excipe Fœminina in AS *tertiæ declinationis, vt Pallas, Pythias, Arcas, Menas.*

Secun-

Secundò, accusatiuos plurales Græcorum nominum tertiæ declinationiis, vt Troas, Heroas, &c.

ES.

Desinentia in ES *producuntur, vt Anchises,* Regula. *Nubes, Lues.*

Exceptiones.

Excipiuntur primo, nomina tertiæ declinationis in ES, *quę in genitiuo crescunt, vt Cespes, tis, Palmes, tis. Sed ex his notãtur, Aries, Abies, Paries, Ceres, & Pes cum suis compositis.*

Secundò excipe, verbum ES *a sum, cum reliquis ab eodem descendentibus, vt Ades, Abes. Item Penes.*

Postremò, Græca neutra, vt Hippomanes, Cacoëthes. Et nominatiuos plurales in ES, *vt Arcades, Stryges, Erynnies, à Græcis desumptos, apud quos scribuntur per* ε.

IS.

Is in fine corripitur, vt Cinis, Cuspis, Legis, Regula. *Quetis, Legitis, Quis, Bis.*

Exceptiones.

Excipiuntur primò, omnia pluralis numeri in Is, vt Magistris, Musis, Scamnis. Item Parteis, Queis pro Quibus, quæ aliàs nota sunt.

Secundò excipiuntur, nomina tertiæ declinationis, quæ genitiuum penultima longa per Iris, Itis vel Entis faciunt, tam Græca, quàm Latina, vt Lis litis, Glis gliris, Salamis, Simois. Adde his, Vis nomen, & Vis verbum à Volo, cum omnibus suis compositis, Quamuis, Quiduis, &c.

Postre-

Postremò tolles verborum secundas personas singularis numeri, quorum plurales primæ & secundæ personæ I *longum in penultima habent, vt Velis, Venis, Audis, Possis, Scis, Sis, &c.*

Quò etiam adnumeranda est secunda persona Futuri coniunctiui in singulari numero, vt Amaueris, Docueris: quia & huius prima & secunda plurales I producunt, vt suprà annotatum est. Præteritum verò coniunctiui eandem in vtroque numero corripit.

OS.

Regula. *Os in fine dictionis producitur, vt Nepos, Oris, &c.*

Exceptiones.

Excipe, Os, ossis, Compos, Impos. Ex Græcis autem excipies primo Neutra, quæ apud illos ad Contractorum formam referuntur, vt Chaos, Melos. &c.

Secundò, quæ tertiæ apud illos declinationis sunt, & apud Latinos per vs efferuntur, vt Abydos, Tenedos, &c. Postremò Genitiuos omnes in Os, vt Arcados, Thereos, &c.

VS.

Regula. *Quæ in Vs exeunt corripiuntur, vt Dominus, Minus, Anamus, Amatus, Funditus, &c.*

Exceptiones.

Excipe primùm Monosyllaba, vt Rus, Mus.

Secundò, nomina in Vs tertiæ declinationis, quæ genitiui penultimam per V *longam formant, vt Salus, tis, Palus, dis.*

Terti-

Tertiò, obliquos quartæ declinationis, vt huius Fructus, hæ Manus, hos Artus, &c.

Quartò, Græca omnia quæ genitiuum per NT *faciunt, vt Opus opuntis.*

Quintò, contracta ex Oos, vt Panthûs ex Panthoo.

Postremò, genitiuos à fœmininis in Os, vt Manthûs, Sapphûs, &c.

Quæ autem à τος *deriuantur, frequentius vltima breui inueniuntur, vt Polypus, &c.*

YS.

Omnia in YS *apud Latinos vsurpata corripiuntur, vt Tethys, Chelys, Capys & his similia.*

T.

Omnia in T *desinentia corripiuntur, vt Caput, Sinciput. Et verba in* T *purum exietia, vt Amat, Docet, Legit, Audit, Oportet, Pœnitet, &c.*

Hæc sunt quæ de syllabarum ratione ex aliorum scriptis collegimus. Deriuatiua autem omnia & composita, quæ ex alijs Regulis cognosci possunt, pleraque omisimus, partim ne libelli moles plus iusto excresceret, partim vt iuuenibus meditationis & diligentiæ occasio præberetur.

DE CARMINVM RATIONE

LIBER II.

Superiori libro, quantum & necessitas postulauit, & instituta permisit breuitas, syllabarum quantitatem absoluimus: nunc quomodo eadem in pedes, hi verò in certum ordinem & compositionem legitimam adeoq; carmen disponendi sint, docebimus. Non autẽ incommodum videtur, si prius aliquid de poetica, poesi & poëtis, in genere dicamus.

DE POETICA, POESI, POEMATE ET POETIS.

Caput. I.

Poëtica.

Est autẽ ποιητικὴ vox Græca ἀπὸ τοῦ ποιέω deducta, ᾧ inter multa alia καὶ τὸ ποιητικῶς γράφειν ἢ λέγειν significat, id est, poetico more aut scribere aut dicere. Licet enim multa alia hoc verbo intelligãtur, tamen κατ' ἐξοχὴν, id est, excellentiã quandam hoc sibi nominis præcipue ea vendicauerũt, quæ à vatibus certis in scribẽdo vtẽtibus numeris & fingũtur & cõponuntur. Quẽadmodum enim τὸ λέγειν apud Græcos & orare apud Latinos, non simpliciter pro loqui aut dicere, sed pro eo quod est oratorem esse & Rhetorico more aliqua de re disserere, vsurpatur: sic & ποιέω non simpliciter noui aliquid fingere aut scribere significat, sed poëtico more aut ἐμμέτρως (vt

alij di-

alij dicũt) ea quæ animo concepta sunt, describere. Vbi & fingẽdi verbum quo hic vsi sumus notandũ est. Non enim in hoc additur, vt maleuoli rapiunt, quòd ad poësim nõ nisi ficta & vana pertineãt, veritásq; ab ea prorsus exclusa sit, sed pro meditari, cõcipere animo & disponere, hic est intelligendum. Poëtica igitur est (vt Diomides definit) ficta veraue narrationis cõgruenti rhythmo vel pede composita metrica structura, ad vtilitatẽ voluptatemq; accõmodata. A qua ποίησις & ποίημα deriuãtur, quæ ab vno licet fonte deducta, tamẽ inter se differunt. ποίησις γὰρ (vt Græci definiunt) ἐστὶ τοῦ ὅλου βιβλίου οἷον ἡ ἰλιὰς καὶ ἡ ὀδυσσεία, id est, Poësis est totus poëtæ liber, aut (si mauis) totũ à poëta constructũ opus, quale est Ilias tota, aut Odyssea, Æneis, Metamorphosis, aut tale quidpiã. Poëma verò eiusdem pars est, vt si ex toto Homeri opere vel armorũ vel castrorum aut alterius cuiusdã rei descriptionẽ excerpas. Quare omnino ita hæc duo inter se differũt, vt apud Dialecticos totum à partibus, aut species à genere differe docetur. Verùm & hæc differẽtia, vt & reliquæ ferè omnes à Grammaticis confunditur, nec omnes in eam consentiunt. Poësis.

Hinc autem huius studij professores aut artifices ποιηταὶ, Poëtæ dicebantur: non quidem ij, qui versum vnum atque alterum componunt, aut eorũdem compositionem cognitam & perspectã habent, sed qui cum iudicio res dignas & meditantur & in numeros redigunt cum vtilitate & voluptate Lectorum. Quare totum poëtæ officiũ Horatius vno Poëta

versu

versu comprehendisse videtur, eum dicet.

Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.

Quapropter & apud Græcos tria à poëta requiri legimus, cum aiunt, οὐδὲ γὰρ ἔιητις τέλειος τριητὴς εἰ μὴ ἱςορήσει καὶ μαντεύσεται καὶ διηγήσεσθαι, *id est, neque enim perfectus poëta nominandus erit, nisi res vel notas vel ignotas ceu oculis subijciat, vaticinetur & enarret. Vnde etiã ob singularem, quæ in illis requirebatur, sapientiam, & morum Magistri &* ἀοιδοὶ *dicti sunt, non à canendo, sed* ἀπὸ τοῦ ἀείδειν, *quod scire & rem intime cognoscere significat.*

DE CARMINE VEL METRO. Caput. II.

IPsa verò Poetarum scripta singula à Grecis μέτρα, *à Latinis carmina dici consueuerunt. Quorum illa quidem* ἀπὸ τοῦ μετρεῖν, *id est, à mensurando nomen habẽt, quòd certorum pedum mensuram admittant: hæc verò à canendo dicuntur: quia apud veteres non tam legi quam cani carmina consueuerãt, quod manifestius est, quã vt multis probationibus indigat. Quoniam verò nihil certa melodia & iustis symphonijs cani potest, nisi certis sit contentum numeris: numeri autem sine pedum & syllabarum ratione obseruari non possunt, patet eandem & Græcis & Latinis vocabuli esse rationem. Metrũ enim Diomedes definit, esse pedũ iuncturam numero modoq; finitã. Vel metrũ est cõpositio pedũ ordine statuto decurrẽs, modos, positio-*

nes

ues ſublationesq; conſeruans. Nam, quem Græci Rhythmũ vocauerunt, propriè poëtarum nõ eſt, ſed iuſti metri aut carminis quaſi imitatrix ſimia.

Carminis autem ſignificatio apud nos latius patet: nunc etiam pro tota aliqua deſcriptione vel toto (vt ita dicam) opere intelligitur, vt cum Ouidius ait in initio Metamorp.

Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Illic enim poëta carminis nomine totam comprehẽdit Metamorphoſim. Nonnunqnam pro vno tantum verſu ſumitur, vt, *Et rem carmine ſigno.*

Nonnunquam pro duobus pluribuſue poſitum inuenitur, vt apud Ouidiũ in Heroinis Dido Epitaphium ſuum quod diſticho conſtabat carmen vocat, ſic ſcribens.

Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit.

Sed hæc minutiora ſunt, quàm vt quenquã mouere debeãt. Videmus enim crebro à probatis ſcriptoribus hæc in vtramque partem accipi. In præſenti eius deriuationem & definitionem, quæ illi cum Metro communis eſt, nouiſſe ſufficiat.

Quod verò alij huc & verſum numerant, id non tam de poëtarum, quàm omnium aliorum ſcriptis poteſt dici. Nam & in proſa oratione verſus eſt, quod vna linea continua verborum ſerie deſcriptum eſt. Quare nonnunquam & pro ordine poſitum reperies, vt apud Vergil. Ille etiã ſeras in verſum diſtulit vlmos. Quod idem Græcis στίχος ſignificat, vnde nos diſticha, tetraſticha, & hemiſtichia nominamus. Sed aduerſus definitionem,

quam ſupra poſuimus, & Auguſtinus alluſiſſe vi-
detur, dicēs, Et ne longius pedum curſus pronolue-
retur, quàm eius iudicium poſſet ſuſtinere, modum
ſtatuit, vnde reuerteretur, &c.

DE GENERALI CARMINVM DIVISIONE, Cap. III

GEneralis carminum vel poëmatum omnium diuiſio eſt, qua ſecundum materia & formam diuiduntur. Eſt enim aliud δραματικὸν, aliud ἐξηγηματικὸν, aliud verò κοινὸν vel μικτὸν.

Δραματικὸν quod etiam μιμητικὸν vocant, Latini actiuum vel imitatiuum dixerunt, dictum eſt ἀπὸ τοῦ δράματος, quod inter alia etiā publicā quæ à mimis exhibetur, fabulam ſignificat. Eſt autem illud carminis genus, in quo ſolæ perſonæ introductæ omne negotium abſoluunt ſine vlla poëtæ interlocutione: quales ſunt aliquot Vergilij Eclogæ, Comœdæ Terentij & Plauti, Tragœdiæ Euripidis, & alia his ſimilia. Huius autem à Græcis quatuor ſpecies apud Diomeden numerātur, Tragica, Comica, Satyrica, Mimica. A Romanis item aliæ quatuor, Prætextata, Tabernaria, Atellana & Planipes. Prætextatæ dicebātur, in quibus vel Regū vel aliorū Magiſtratuū, qui prætextu vtuntur mores et geſta referebātur: vnde prima ſpecies Togatarū nominatæ ſunt. Tabernariæ, quæ & ſecunda Togatarum ſpecies dicebatur, erant, in quibus humiles & priuatæ inducebātur perſonæ, non principes: ſic dictæ, quod olim tabulis tegerentur.

Attel-

Atellanæ à ciuitate Oscorum Atellæ dictæ sunt, argumentis dictisq; iocularibus constantes, similes Græcis Satyricis fabulis. Planipedes autem ea species est, quam Græci μίμους vocant, sic dictę, quod actores planis, id est, nudis pedibus proscenium ingrederentur, nec cothurnos nec socos induti, vt Tragici aut Comici solebant.

Ἐξηγηματικὸν, quod etiã ἀπολογητικὸν dicitur, Latini Enarratiuum vel Enunciatiuum vocãt, ab ἐξηγεῖσθαι nomẽ traxit, quod non simpliciter rem ante cognitam dicere significat, sed perfectè & absolute rem, quam aut ignorant, aut de qua percontãtur homines, plenius enarrare. Quo genere Vergilius tres priores Georgicorũ libros & primã quarti partẽ descripsit: quo & Lucretius in suis scriptis vsus partes autẽ seu species tres numerãtur, Angeltice, Historice & Didascalice. Angeltice, qua sentẽtię scribũtur morales, qualis est Theognidis liber. Historice, qua narrationes, genalogię aliarumq; rerũ descriptiones absoluũtur, ad quã Hesiodi Theogonia & alia eiusdem generis possunt referri. Didascalice, qua philosophica comprehendũtur, aliarúmue artiũ præcepta, qualia sunt Arati Phęnomena, Vergilij Georgica & libri Lucretij.

Κοινὸν vel μικτὸν genus est, quod Latini communẽ mixtũ vocãt, quia ex omnibus iam enarratis formis compositum est. Morales enim sententias comprehendit, philosophicã docet, rerum causas nõnunquam aperit, historię verę fictæq; narrationes habẽt quàm absolutissimas: qualia extãt Ho-

meri Ilias & Odyssea, Vergilij Aeneis, Ouidij Metamorphosis & Fastorũ libri, & alia huius generis infinita, quæ licet personis varientur, multa tamen sub sola poëtæ persona dicũtur. Huius quoq; partes aliquę tradũtur, sed quę magis à carminum diuersis generibus quàm à materiæ aut tradẽdi differẽtia desumptæ videãtur. Primã enim Heroicã faciunt quæ hexametro carmine constat. Secundã lyricã, quali Archilochus & Horatius vsi sunt. Sed de his & alijs postea dicetur. Quibus nonnulli tertiã addunt, quã ἔπος dixere, quã Græci θείων καὶ ἡρωικῶν καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ποιοχὴν vocãt, id est, diuinarũ, heroicarum & humanarum rerũ comprehensionẽ: vel vt Suidas, qui dicit esse Historia heroico carmine descriptã, sed quæ fabulis in totũ careat. Huius scriptores ἐποποιὸς veteribus dicebãtur, qualis hodie Lucanus censeri potest, qui res gestas bellorũ ciuiliũ relictis figmentis poëticis prosequitur, de quo & Fabius dubitauit, historicis ne aut poëtis adnumerandus sit.

Hæc de generali carminum diuisione dicta sufficiant. Specialiora tum prosequemur, si prius pedũ rationẽ exposuerimus: quia sine his nulla omnino eorum potest esse cognitio.

DE PEDIBVS, Cap. IIII.

CArminum pedes per figurã seu similitudinem quandã dicti sunt. Quẽadmodum enim in animaliũ incessu alternis vicibus pedes & attolluntur & deprimũtur: sic carminũ dimensiones per

nes per pedes nunc ſubleuari nunc ſubmitti ſolent.

Eſt autem pes, vt Græci definiunt, legitima & venuſta cõpoſitio ſyllabarũ qualitate & quãtitate variantiũ. Vel vt Diomedes inquit, pes eſt poëtica dictionis duarũ ampliúſue ſyllabarũ cũ certa tẽporũ obſeruatiõe modus, recipiẽs ἄρσιν & θέσιν, id eſt, qui incipit eleuatione & finitur poſitione.

Accidentia pedis à pleriſque octo traduntur, tempus, ἀτωαρ, θέσις, Proportio, Numerus, Reſolutio, Figura & Ordo. Tẽpus mora eſt efferendæ ſeu pronunciandę ſyllabę, cuius ratione ſyllabę in longas & breues diuiduntur. Longa eſt, quę duobus tẽporibus conſtat: Breuis, quę vno tantũ. Vnde & Græci Grammatici augmentum temporale in verbis dixerũt, cùm initialis vocalis breuis mutatur in longam, α ſcilicet & ε in η, ο verò in ω.

Ἄρσις & θέσις eſt in pede, qua in initio vna aut plures ſyllabæ eleuantur, in fine verò vna aut plures deprimuntur, vt in Iambo ⏑ – prior breuis attollitur, poſterior longa deprimitur: in dactylo – ⏑ ⏑ attollitur prima longa, deprimuntur duo poſteriores breues: in anapæſto ⏑ ⏑ – duæ primæ breues attolluntur & deprimitur vltima longa, & ſic in reliquis. Vnde & hoc notandum eſt, quòd vna ſyllaba longa licet ſit, & binis conſtet temporibus, pedem efficere non poteſt: omnis enim pes cum & ἄρσιν & θέσιν habeat, etiam duos (vt Terentianus ait) ictus requirit.

Proportio in pedibus dicitur, qua ſimilem inter ſe vel in ſyllabis vel in temporibus rationem ha-

bent, aut ſecundum quã vel ſyllabis vel temporibus inæquales ſunt: vt Iabus ⏑- & trochæus -⏑ tam ſyllabarũ quàm temporum ratione ſibi reſpondẽt inuicem, cum vterq; eorum binis ſyllabis & tribus cõſtet temporibus: Spondæus -- verò & dactylus -⏑⏑ ſyllabarum proportione inæquales, temporibus æquales ſunt, vterq; enim tempora quatuor cõtinet. Spondeus item — & Moloſſus --- vtroq; modo inter ſe diſſident. Hæc autem minuta licet in ſpeciem, hoc tamen nomine notanda ſunt, quod nonnunquã diuerſos pedes, apud Græcos in primis, in ſe mutua mutari reperies, ita vt altero loco alterius vtamur ſi temporum eadem fuerit proportio.

Numerus, in ſyllabis eſt. Sunt enim alij pedes diſſyllabi, alij triſſyllabi, alij quadriſyllabi, alij etiam quinque & ſex ſyllabas ſumpſerũt, à Græcis ſcilicet inuenti, qui dum omnia curioſius inquirunt, nonnunquam magno cum cuſtodio res parum vtiles prodidere.

Reſolutio in proportione etiam conſideratur. Reſoluuntur enim in tempora pedes, vt Iambus ⏑- in tria, Spondæus -- in quatuor, amphimacrus -⏑- in quinque, &c.

Figuræ pedum duæ ſunt. Simplex vt trochæus -⏑. Compoſita vt ditrochæus -⏑-⏑.

Ordo eſt legitima pedum conſtitutio, quam obſeruare certam & firmam in carmine neceſſum eſt, de qua poſtea in carminum ſpeciebus dicetur.

Pedes autem in vniuerſum centum viginti quatuor, è quibus vſitati & recepti ſunt non plures vigin-

viginti octo, dissyllabi scilicet quatuor, trissyllabi octo, & tetrasyllabi sedecim. Reliqui vero nondum pedes, quàm συζυγία pedum simplicium nominandi sunt. Ne tamen hæc cum aliorum incommodo omisisse videri possimus, omnium pedum nomina cum exemplis seu in tabula subjiciemus, omissis tamen illis quæ de singulorum origine & auctoribus afferuntur.

TYPI ET EXEMPLA PEDVM.

Dissyllabi IIII.

Pyrrichius	∪∪ *Deus. temp. 2.*
Iambus	∪- *Volens. temp. 3.*
Trochæus	-∪ *Roma.*
Spondæus	-- *Felix. temp. 4.*

Trissyllabi VIII.

Tribrachus	∪∪∪ *Helena. temp. 3.*
Dactylus	-∪∪ *Currere. temp. 4.*
Anapæstus	∪∪- *Miserans.*
Amphibrachys	∪-∪ *Benignus.*
Amphimacrus	-∪- *Verberant. temp. 5.*
Bachius	∪-- *Egestas.*
Palimbachius	--∪ *Portare.*
Molossus	--- *Portari. temp. 6.*

Tetrasyllabi XVI.

Proceleusmaticus	∪∪∪∪ *Relegere. temp. 4.*
Pæon primus	-∪∪∪ *Ambrosius. temp. 5.*
Pæon secundus	∪-∪∪ *Superbia.*
Pæon tertius	∪∪-∪ *Superare.*
Pæon quartus	∪∪∪- *Celeritas.*
Ionicus maior	--∪∪ *Saltabimus. temp. 6.*
Ionicus minor	∪∪-- *Lacedæmon.*

Choriambus	-⏑⏑	*Proſperitas.*
Antiſpaſtus	⏑--⏑	*Alexander.*
Diiambus	⏑-⏑-	*Amœnitas.*
Ditrochæus	-⏑-⏑	*Cantilena.*
Diſſpondæus	----	*Oratores. temp. 8.*
Epitritus primus	⏑---	*Sacerdotes. temp. 7.*
Epitritus ſecundus	-⏑—	*Comprobarunt.*
Epitritus tertius	--⏑-	*Concordia.*
Epitritus quartus	---⏑	*Contemplator.*

Pentaſyllabi XXXII.

Orthius	⏑⏑⏑⏑⏑	*Freta rapida. temp. 5.*
Parapæon	-⏑⏑⏑⏑	*Vndiq; freta. temp. 6.*
Periiambus	⏑-⏑⏑⏑	*Adulterium.*
Meſomacer	⏑⏑-⏑⏑	*Prohibebimus.*
Hegemoſcolius	⏑⏑⏑-⏑	*Miſeriarum.*
Pyrrhichidianap.	⏑⏑⏑⏑-	*Miſer & amans.*
Symplectus	--⏑⏑⏑	*Muſæ memoria. tem. 9.*
Iambodactylus	⏑--⏑⏑	*Repurgabile.*
Muſicus	⏑⏑--⏑	*Reparatorum.*
Daſius	⏑⏑⏑--	*Repulit ingens.*
Choreodactylus	-⏑-⏑⏑	*Vulnerabitur.*
Periodicus	⏑-⏑-⏑	*Amabimusq;.*
Hegemocreticus	⏑⏑-⏑-	*Mediocritas.*
Cyprius	⏑-⏑⏑-	*Ariſtoteles.*
Doriſcus	-⏑⏑-⏑	*Innumerorum.*
Strophus	-⏑⏑⏑-	*Conticuerant.*
Diphyes	⏑⏑---	*Celebrauerunt. temp. 8.*
Choreobachicus	-⏑⏑--	*Inuolitantes.*
Amebæus	--⏑⏑-	*In curriculo.*
Spondæodactylus	---⏑⏑	*Troiæ primus ab.*

Periam-

Periambodes ⏑-⏑-- *Aues volantes.*
Antiperiodicus -⏑-⏑- *Liberalitas.*
Spondæoſcolius --⏑-⏑ *Interuolare.*
Anticyprius -⏑-⏑⏑ *Adminiſtrator.*
Antiſtrophus ⏑---⏑ *Renertebantur.*
Dochmius ⏑--⏑ *Recantauerint.*
Probrachys ⏑---- *Recantauerunt. temp. 9.*
Hyperbrachys -⏑--- *Concionantes.*
Meſobrachys --⏑-- *Turpes iniquos.*
Spondæocraticos ---⏑- *Conſuetudines.*
Calotypus ----⏑ *Collaudabamus.*
Moloſſoſpõdæus ----- *Collaùdauerunt. tem. 10*

Hexaſyllabi LXIIII.

Dichoræus ⏑⏑⏑⏑⏑⏑ *Prohibuerimus. temp. 6.*
Dactylochoræus -⏑⏑⏑⏑⏑ *Proſtituerimus. temp. 8.*
Scoliochoræas ⏑-⏑⏑⏑⏑ *Amore periit.*
Anapæſtochareꝰ ⏑⏑-⏑⏑⏑ *Amor inſtabilis.*
Choræodactylus ⏑⏑⏑-⏑⏑ *Beneficentia.*
Chorioſcolius ⏑⏑⏑⏑-⏑ *Beneficiorum.*
Choriantidact. ⏑⏑⏑⏑⏑ *Recale faciens.*
Antibachiochor --⏑⏑⏑ *Veſanus & amor. tem. 8.*
Bachiochoræus ⏑--⏑⏑⏑ *Timorem genuit.*
Anapæſtodactyl. ⏑⏑--⏑⏑ *Boreas frigidus.*
Choræantibach. ⏑⏑⏑--- *Humiliabuntur.*
Choræobachius ⏑⏑⏑⏑-- *Inhibitiones.*
Cretichoræus -⏑-⏑⏑⏑ *Comprehenſibilis.*
Scoliodactylus ⏑-⏑-⏑⏑ *Amaror & dolor.*
Anapæſtoſcol. ⏑⏑-⏑-⏑ *Populo fauente.*
Choræocretic. ⏑⏑⏑-⏑- *Reuereamini.*
Didactylus -⏑⏑-⏑⏑ *Innumerabilis.*

Diſco-

Diſcolius ⏑ - ⏑⏑ -- *Superſtitioſus.*
Diantidactylus ⏑⏑ - ⏑⏑ - *Numerabimini.*
Dactyloſcolius - ⏑⏑⏑ - ⏑ *Perpetuitatem.*
Scolianapæſtus ⏑ - ⏑⏑⏑ - *Redibimus ad hos.*
Dactylanapæſtus - ⏑⏑⏑ - *Semimulieres.*
Moloſſochoræus --- ⏑⏑⏑ *Infelix Priamus. tem. p.*
Bachiodactylus ⏑ --- ⏑⏑ *Frenarabile.*
Anapæſtătibachi⁹ ⏑⏑ --- ⏑ *Priami fortuna.*
Choræomoloſſus ⏑ ⏑ ⏑ --- *Priamus infelix.*
Creticoſcolius - ⏑ - ⏑ - ⏑ *Elegantiarum.*
Scoliocreticus ⏑ - ⏑ - ⏑ - *Amaritudines.*
Antibachioſcoli⁹ --⏑⏑ - ⏑ *Deſideriorum.*
Scoliobachius ⏑ - ⏑⏑ - - *Superſtitiones.*
Bachioſcolius ⏑ - - ⏑ - ⏑ *Recantatione.*
Scoliantibachi⁹ ⏑ - ⏑ - - ⏑ *Tyrannicidarum.*
Anapæſtocretic⁹ ⏑⏑ - - ⏑ - *Legionarij.*
Creticodactylus - ⏑ - - ⏑⏑ *Conſulem dixerat.*
Creticanapæſtus - ⏑ ⏑⏑ - *Comprehenſibiles.*
Dactylocreticus - ⏑⏑ - ⏑ - *Comperit inſcios.*
Bachianapæſtus ⏑ - - ⏑⏑⏑ *Adorabimini.*
Dactylantibachi⁹ - ⏑⏑ - - ⏑ *Vixerat iniſtus.*
Anapæſtobachi⁹ ⏑⏑ - ⏑ - - *Benedictiones.*
Antibachiodact. - - ⏑ ⏑⏑ *Inſanus irruit.*
Antibachinap. ⏑ - ⏑ ⏑ ⏑ - *Infauſtus amor hic.*
Dactylobachius - ⏑⏑ - - *Reddidit iniquos.*
Dibachius ⏑ - ⏑ - - - *Renuneratores. temp. 10*
Scoliocanius ⏑ - - ⏑ - - *Coruſcationes.*
Bachiocreticus ⏑ - - - ⏑ - *Reluctabamini.*
Bachiolatius ⏑ - - - - ⏑ *Recompenſabantur.*
Creticobachius - ⏑ - ⏑ - - *Concitatiores.*

Dicreti-

Dicreticus	-⏑--⏑-	*Eruditissimi.*
Creticolatius	-⏑---⏑	*Concionabantur.*
Latiocreticus	--⏑-⏑-	*Illiberalitas.*
Dilatius	--⏑--⏑	*Cantabimus carmen.*
Caniosscolius	---⏑-⏑	*Rerum publicarum.*
Antidactylocanus	⏑⏑---	*Proceres collecti.*
Dactylocanius	-⏑⏑---	*Induperatores.*
Latiobachius	--⏑⏑--	*Apparationes.*
Caniantidactylus	---⏑⏑⏑	*Infames animi.*
Caniodactylus	----⏑⏑	*Horrendus frigore.*
Bachiocanius	⏑-----	*Senatusconsulto.*

Tem. 11. ⏑⏑⏑

Creticocanius	-⏑----	*Concionabundi.*
Laciocanius	--⏑---	*Et concionantes.*
Caniobachius	---⏑--	*Et sermocinantes.*
Caniocreticus	----⏑-	*Hostiles machinæ.*
Caniolatius	-----⏑	*Clarus magna laude.*
Dicanius	------	*Interpellabamus.*

Tem. 12.

Proximum videtur, vt de omnibus carminum accidentibus ordine dicamus: quibus tamẽ & pedes adnumerari potuisse videntur, qui si penitius inspicias, substantiales sunt carminis partes non accidentia. Numerantur autẽ hæc à peritissimis huius studij professoribus, octo: Quantitas, forma, depositio, genus, species, dispositio pedum cæsura & scansio. Poterat autem hic scansio à nonnullis statim in initio tradi, quo pueri germanę carminum lectionis gustum hinc perciperunt: sed quia hæc sine precedẽtibus his percipi non potest,

eam

eam in vltimum locum reijcimus, adhibitis tamen in omnibus metri speciebus typis suis, quos in scandendo sequi conuenit.

DE QVANTITATE, Cap. V.

QVantitas carminis ea dicitur, secundũ quam carminum dimensiones seu pedes numerantur. Est aũt dimensio, spatium illud, quo totum versum veluti in partes certas diuidimus: quod in nonnullis per μονοποδίαν, *id est, per pedes simplices & singulatim sumtos, fit in nonnullis verò per duos pedes coniunctos, quod Græci* διποδίαν *vocant. De hoc autem, quomodo & in quibus contingat, in sequentibus exponemus.*

Diuiduntur autem versus secundum quantitatem: quod alij sunt monometri, alij demetri, alij trimetri, alij tetrametri, alij pentametri, alij verò hexametri. Vbi notandũ quod Græci sic tradiderunt: μέτρα πάντα ἄκρα διποδίαν μετρεῖται, ἀνέργονται μέχρι τοῦ πενταμέτρου. ἐστι δὲ μονόμετρον μὲν τὸ ἔχον πόδας δύο. δίμετρον δὲ τὸ ἔχον πόδας τέσσαρας. τρίμετρον τὸ ἔχον πόδας ἕξ. τετράμετρον, ὀκτώ. πεντάμετρον τὸ ἔχον δέκα: παραιτέρω δὲ οὐ προέρχεται. *Licet enim secundum horũ rationem versuũ pedes augeri possint, ineptũ tamen habetur, siquis modum à veteribus traditum transgrediatur, nedum quod hoc cum aliquo suaui vocum concentu fieri non potest.*

Monometri sunt qui vnam tantum dimensionem admittunt, pedes scilicet simplices duos, vt hic a-

hic apud Seruium, *Calidum iubar est* ⏑⏑-⏑⏑-. *Quia verò, iuxta Grammaticorum regulas, vnus pes versum nõ absoluit, vt nec vna syllaba pedem, monometra hæc non versus, sed versuum bases vel fundamenta vocauerunt.*

Dimetri, qui duabus dimensionibus, id est, quatuor pedibus simplicibus concluduntur, vt,

Iam lucis or--⏑-to sydere--⏑⏑.

Trimetri, qui tribus dimẽsionum regionibus absoluuntur vel sex pedibus simplicibus, à quorũ numero & senarij dicti sunt: quorum etiam vsus frequẽtissimus est omnium eorum qui per διποδίαν scanduntur. Talis autem est hic.

Beatus il⏑-⏑-le qui procul⏑⏑negotijs⏑-⏑-.

Tetrametri, qui quatuor regiones habent, vel pedes simplices octo, qualis est hic Terentij.

Nihil tam diffici---⏑⏑le quin quæren⏑---do inuestiga---ri possit--⏑⏑.

Pentametri, qui quinq; regionibus per διποδίαν distributis constent, apud Latinos non multi inueniuntur: plurimi verò eorum qui per μονοποδίαν scandi consueuerunt.

Hexametri, qui sex pedibus simplicibus mensurantur, quales omnes sunt Heroici, vt,

Arma vi-⏑⏑rumq; ca-⏑⏑no Troi--iæ qui--primus ab-⏑⏑oris--.

Huius autem ordinis soli sunt hi, qui per μονοποδίαν scandũtur: quod enim Iambicos & senarios & octonarios inuenire licet, id ad simplicium pedum numerum referre oportebit, qui si bini sumantur,

mantur, trimetros & tetrametros efficient.

DE FORMA. Cap. VI.

FOrma vel figura carminum, ad compoſitionem referenda eſt, & duplex eſſe traditur. Omne enim carmen aut ſimplex eſt aut compoſitum. Simplex, quo vna carminum ſpecie totum abſoluitur, nullis alterius ſpeciei metris admixtis: qualia ſunt omnia quæ pueris heroicis, aut Iambicis, aut alijs generibus deſcribuntur.

Compoſitum carmen eſt, quod ex diuerſæ formę metris componitur. Quod idem duplici modo contingit. Aut enim integri verſu, ſed eiuſdē generis in poëma aliquod ceu corpus vnum coniungūtur, qualia ſunt Sapphica, Elegia, & alia huius generis: aut in vnum eundemq; verſum copulantur diuerſi generis commata, ita vt legitimā ſcandendi rationem impedire videantur: qualia à nonnullis & pentametra eſſe putantur, quę duobus da ctylis commatibus, aut (vt alij volunt) primo heroico, ſecundo dactylo conſtant, ſic tamen vt poſt ſingula commata ſyllaba ſuperſit, quæ ſcanſionem nō recipiat. Talia etiam ſunt in quibus duo Adonici copulantur, & his ſimilia multa, quæ à mediocriter exercitatis vſu deprehenduntur. Non autem ignoro, quàm multa hic à Græcis magna cum ſubtilitate de κατ' ἀνάκλασιν μικτοῖς & ἀσυναρτήτοις traduntur, quæ tamē curioſitas magis quàm vtilitas adinuenit.

Ad prius autem compoſitorum genus hoc addendum eſt, quod de varijs eorū nominibus Gram-

matici

matici tradiderũt. Monocolon enim vocant, quod vno eodemq; metri genere absoluitur, quale est Ouidij Metamorphosis. Dicolon quod duobus. Tricolon quod tria diuersa recipit carminum genera. In quibus & στροφαι, id est, conuersiones aut reditus metrorum ad primã ſpeciẽ notandę sunt. Dicitur enim carmen dicolon distrophon, in quo duo diuersi generis versus alternis ponũtur vicibus, vt in elegis fieri consueuit. Dicola tetrastropha cum post tres versus eiusdem generis vnus ab his diuersus subiungitur, quo finito, redimus ad primam ſpeciem, cuius generis sunt Sapphica. Tricola tetrastropha, cum post quatuor versus trium generum ad primum genus reuertimur, qualis est Horatij Ode. 5. lib. 1. Sed hæc euidentiora erunt ex ijs quę in fine de Horatiani metris adiiciemus.

DE DEPOSITIONE. Cap. VII.

DEpositio, quam Graci ἀπόθεσιν καὶ κατάληξιν, vocant, est ipsius versus finis seu desinentia, qua alius quidem in perfectum pedem, prout fieri decet, finitur: alius verò plus minusue syllabarum habet, quam pedis ratio, à quo nomen traxit, postulat. Huius autẽ formæ sunt quatuor, acatalectica, catalectica, brachycatalectica & hypercatalectica, à quibus & versus ea, de quibus nunc dicemus, nomina sortiuntur.

Acatalectici in omnibus metris sunt οἱ τοὺς πόδας ἔχοσι ἀπαρτισμένους, id est, qui pedes omnes à quibus nomen sumpserunt, omnibus numeris habent

bent absolutos, ita vt in fine nulla nec desit nec supersit syllaba, qualis est apud Terentianum ille dactylicus.

Pendeat ex humeri dulcis chelys.

Hic enim cum dactylicus sitetiam dactylo finitur.

Catalectici autem dicuntur, οἱ δεόμενοι συλλαβῆς πρὸς ἀπαρτισμὸν, *id est, quibus syllaba in fine deest ad eius pedis perfectionem, à quo carmen nomen suum suscepit: cuius generis omnes sunt Heroici. Cùm enim pes trisyllabus, dactylus scilicet huius carminis sit proprius: omnes tamē hi versus regulariter in spondæum aut trochæum finiuntur. Hîc autem notandum est, quòd si proprius metri pes trisyllabus fuerit, & in fine vna tātùm desit syllaba, is versus catalecticus in dissyllabum vocabitur, vt sunt heroici, de quibus iam diximus. Si verò duæ in fine syllabæ defuerint, catalecticus in dissyllbū vocabitur, vt sunt heroici, de quibus iam diximus. Si verò duæ in fine syllabæ de fuerint, catalectus in syllabam aut hypocatalecticus dicetur, vt, Crimina v -υυ bique ru -υυ unt -.*

Prætereà in carminibus, quæ per ἰδιποδίαν *scanduntur, ea, quæ in fine imperfectum pedum relinquit, syllaba, cum præcedente toto pede* κατάκλεις *dici consueuit.*

Brachy catalectici sunt, οἱ ποδὸς ὅλου δεόμενοι πρὸς διαρτισμὸν, *id est, quibus totus pes deest ad perfecti metri absolutionē legitimā, vt si dicas:*

Hæc tristis ad --υ- ferens υ-. Cùm enim dimetrum Iambicum duabus dipodijs vel quatuor constet

stet simplicibus pedibus, hîc pedem simplicem totũ deesse vides, quò minus Dimetrum possit dici: Huius autem generis Versus nulli in ijs esse possunt quæ per Monopodiam tantùm scandi solent.

Hypercatalectici dicuntur, οἱ ἔχοντες ὅλους τοὺς ποδὰς ἀπηρτισμένους, ἔχοντες δὲ συλλαβὴ πλείονα ἢ μόνον πόδα, id est, qui omnes pedes absolutos habent, vnà cum syllaba aut etiam toto pede superfluo, vt:

Hæc tristis ad -uu. ferens abi u-u-bat u, &c.

Fit autẽ sapissimè, vt cùm vnà syllaba abundat ea per Synæresim cum præcedẽte contrahatur, vt:

Profuit? optato conduntur tybridis, alueo, securi pelagi atque mei, &c.

Vbi Alueo, quod per se trisyllabum est, dissyllabum efficitur, E & O inter se cõtractis. Fit etiam, è contra, vt cùm sequens versus à vocali incipiat, eiusdem scilicet vocalis & abũdãtis fiat collisio, vt:

Assuetæ ripis volucres & fluminis alueo.
Aethera mulcebant, &c.

Hîc enim o finale prioris versus cũ Ae initiali sequentis colliditur. Contrarium autẽ his in Lyricis nonnunquam fieri animaduertes, vt scilicet prima sequentis versus syllaba eaq; abũdans cum vltima præcedentis collidatur, vt apud Horatium:

Labitur ripa Ioue non probante.
Vxorius amnis.

In hoc enim exemplo Adonij prima syllaba vabundat, & cum vocali finali præcedentis Sapphici est collidenda. Sed de illis nunc hæc sufficiant: nisi

quod sciendum est, eosdem versus etiam Hypermetros appellari, de quibus alibi dicemus.

DE GENERE ET SPECIE. Caput. VIII.

GEnus hic sumitur pro ea Carminum differentia, qua aliud ab alio secundum pedum & compositionis rationem diuersam discernitur, vt cùm illud Iambicum, hoc Trochaycum, aliud Dactylicum dicitur.

Species verò est, quam in vnoquoque genere quantitatis & depositionis gignit varietas: prout enim, alij Catalectici, alij Acatalectici versus sunt sic & diuersa nomina aut ab inuentoribus aut aliunde sortiuntur, vt cùm Sapphica, Phaleucia, Archilochia metra vocamus.

Nos verò, quia pueros non perfectos poëtas informamus, specialioribus istis diuisionibus omissis generaliora tantum & ea quæ maximè in vsu sunt trademus: quæ si puer perceperit, ad aliorum præcepta, qui hæc fusius & diligentius persecuti sunt relegandus erit. Erunt aũt hic multa ex vetustatis monumẽtis Micyllus, cuius laborem futuro Poëtæ ceu necessariũ commendo. Ex illo enim omniũ metrorũ & leges & origines & virtutes percipiet.

Carminum verò genera quæ vsitatissima habentur, sunt hæc: Heroicum, Elegiacum, Sapphicum, Phalecium, Choriambicum, Archilochiũ, Iambicum, Anapæsticum, Ionicum à maiori, Ionicum à minori & Trochaicum. Et de his omnibus in præsenti differemus, indicatis simul horum speciebus, vitijs

vitijs & virtutibus, quantum noſtro inſtituto commodum videtur.

DE CARMINE HEROICO. Cap. IX.

PRimum & celeberrimum Carminis genus, Heroicum eſt Dactylicum, quod Hexametrum & Homericum & Pythium appellatur. Dactylicum quidem à pede principali quem omnibus locis recipit, vel loco eius Spondæum, qui ipſi Dactylo eſt, ἰσόχρονος. Heroicum verò quòd res Heroum, & omnia ea quæ ſublimioris argumenti ſunt, hoc deſcribi conſueuerunt. Homericum autem dictum eſt, quòd primus Homerus hoc genus omnibus numeris abſoluiſſe videatur, quò & Horatius alludit.

Res geſtæ Rerumq; Ducumq; & triſtia bella.

Quæ ſcribi poſſunt numero, Monſtrauit Homerus Hexametrum verò à pedum numero dixêre. Pythium quoque vocauerunt, quòd ante Homerum Apollinis oracula hoc metro concepta rederentur. Eſt autem Carminis genus magnificum & auguſtum, & proinde rebus magnis aptiſſimum quia hoc pro rei, quam tractat, dignitate & attollere & deprimere licet. Quare hoc celeberrimi & Græciæ & Latij Poëtæ, Homerus ſcilicet & Vergilius præcipuè vſi ſunt.

Eſt autem eius generalis conſtitutio, quæ ſecundum Regulas fit, vt primis quatuor locis aut Dactylum recipiat aut Spondæum indifferenter.

quinto verò Dactylum solùm, vltimo Spondæum, aut Trochæum. Vltima enim vniuscuiusque versus syllaba est indifferens. Typus igitur eius communis hic est:

1	2	3	4	5	6
-UU	-UU	-UU	-UU	-UU	--
--	--	--	--	-UU	-U

Quod verò hinc versuum figuræ constitui possint secundum pedum horum variationẽ, cùm aut vnus spondæus per quatuor Dactylos, aut duo per tres Dactylos, aut cõtrà duo Dactyli per quatuor spondæos variantur, non operæ precium est multis exponere, cum hoc ipsa Poëtarum lectio satis ostẽdat. Nunc ea tantum adnotabimus, quæ à Poëtis præter communem morem vsitata sunt.

Primò igitur nonnunquam Poëtas per licentiam Proceleusmatico aut Anapæsto vsus inuenies: quia hi pedes temporum numero spondæo & Dactylo respondent, vt:

Fluuio UU- *rum rex Eridanus, &c, Et:*

Hærent parieti UUUU *bus scalæ, &c. Et:*

Tenuia UUUU *nec lanę per cœlum, &c.*

Solent tamen nonnulli hæc posita exempla sic exponere, vt σωκίζεσιν *facta esse doceant, vt scilicet Fluuiorum & tenuia, pro trisyllabis legant, & Parietibus quadrisyllabum, per* I *&* V *scilicet consonantes. Ego verò receptã vulgo à doctis sententiã sequi malo, quàm nouã quorundam, qui minus in hoc genere versati sunt. Concedendę enim omninò Poëtis sunt aliquot in magno argumẽto licentiæ*

centia, quę si non crebrius, sed in loco & cum ratione adhibeantur, gratam habent varietatem, tãtum abest vt Carmen de honestent.

Secundò notandum, quod Poëta nõnunquam in quintum locum, qui propriè Dactylum requirit spondæum collocauerunt, à quo versus is spondaicus appellatur. Vbi tamen diligenter cauendum erit, ne ineptè aliorum exempla, quæ bona sunt, imitemur. Cum enim spondaici versus ad carminis dignitatem & rei grauitatem exprimendum magnã vim habeant, non temerè, sed in loco adhibendi erunt: vt apud Ouidium, Metamorph. I.

Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Quomodo enim Poëta luculentius potuisset longum illum totius Oceani ambitum, quo tetras circuit, exprimere: quã versu hoc, qui pede quinto tardior simili modo atque res ipsa, quam comprehendit, extenditur? Vbi tamen & hoc non negligendũ est, quod in huiusmodi carminibus quartus locus plerumque Dactylum postulat. Si enim & is spondęus fuerit, poterit fortasse nimia metri tarditas aures offendere: quãquam & hoc non nunquam inuenire licet.

Numeratur autem commune quoddam carminis genus à Gramaticis, quod Dactylicum vocãt cuius speciem ipsum faciunt Heroicũ. Quia verò & alias species continet quæ inter Heroica etiam vsurpantur, eas tantummodò, reliquis omissis quæ huc non faciunt, breuiter percurremus.

Monometra propriè dicta hîc nulla sunt, cũ per

monopodiam tantùm ſcandātur: inueniuntur tamen quædam apud Vergilium, vt:
Ablue-uu ro-. Et alia vbique obuia.

2. Dimetrum Catalecticum, quod Dactylo & Spondæo conſtat, vt Terruit-uu arces--. Inuenitur tamen, vbi primum locum Spondæus occupat, vt: Hæc ef-- fata-u.

3. Dimetrum Acatalecticum, quod & Hymenaicum vocant, recipit duos Dactylos. Sæpè tamen apud Vergil. in Priore loco Spōdæum reperies, vt: Huc cur-- ſus fuit-uu.

4. Dimetrum Hypercatalecticum, conſtat duobus Dactylis & ſyllaba, vt: Flumina-uu prætere-uunt-. Hoc genus quidam à primo inuentore Archilochium vocauerunt: alij Penthemimerem Dactylicam, quales multę apud Vergilium inueniuntur, vt:
Tertius-uu Eurya-uu lus. Et,
Numina-uu concla-- mant.

5. Trimetrum Catalecticum conſtat pedibus tribus, quorum vltimus Spondæus vel Trochæus eſt, cuius exemplum Seruius hoc ponit:
Tundite-uu pectora-uu palmis--. Latius autem hæc ſpecies patet: quia parum vſitata eſt, niſi Primum pedem Spondęum habeat, ſed tunc etiam phorecratium dicitur.

6. Trimetrum Acatalecticum, quod Simonideum vocant, habet tres integros pedes, quorum vltimus Dactylus eſt aut Amphimacrus: ſi verò primus huius, pes ſpondæus fuerit, Glyconium eſt, vt:

Sic

Sic te--dista po-uu tens Cypri-u.

Trimetrum Hypercatalectícum siue Hephthe- 7.
mimeris Dactylica, habet pedes tres & syllabã, vt:
Munera-uu latiti-uu amq; di-uu e. Et,
Ne dubi-uu ta nam--vera vi-uu des. Idem & Al-
manium dicitur, & quia Tragadijs immiscerí so-
let, Terentianus Tragicum nominauit.

Tetrametrum Catalectícum, quod pedes habet 8.
quatuor, quorũ vltimus spondęus est vel trocheus,
Huic autem affine est, quod alij Ithyphallicum vo-
cant, penultimam syllabam breuem habens, vt:
Qui sere-uu re ingenu-uu um volet-uu agrum uu.

Tetrametrum Acatalectícum, quod & Alcma-
nicum dixerunt constat pedibus quatuor, sed vlti-
mo trisyllabo, vt:
Telo-- rum intere-uu a ces--sat genus-uu.

Tetrametrum Hypercatalectícum, habet pedes 10.
quatuor & syllabam in fine superfluã. Rarum ge-
nus, quod non facilè apud probatos inuenias.

Pentametrum Catalectícum, quod & Simicum 11.
dicitur, habet pedes quinque, quorum vltimus vel
spondęus vel trochaus est, vt:
Multa homi-uu nem docu-uu it mala-uu turpis
e-uu gestus--.

Pentametrum Acatalectícum vel Simo ideum, 12.
pedes recipit quinq; integros, id est, etiam postre-
mum trisyllabum, Talia sunt omnia Heroica, ex-
ceptis Spondaicis, si vltimum pedem abstuleris.

Pentametrum Hypercalectícum, quod pedes 13.
habet quinq; & syllabã. Seruius Charileũ vocat.

Hexametrum Catalecticum, præstantissimum illud est Heroici carminis genus, quod & ἔπος dixere, de quo nunc agimus. Volui autem has species omnes eo nomine subijcere, vt videant studiosi quot ex hoc vno Carminis genere species dereuentur, si ad Dactylicum vsque Monometrum (vt sic dicam) descendere libuerit: deinde vt eandem rationem etiam in reliquis Carminum generibus discant adhibere.

DE HEXAMETRI PASSIONIBVS.

Multæ & variæ Hexametri passiones sunt vel Accidentia, quæ partim illi propria sunt, partim cum reliquis communia: nos ea quæ illi soli conueniunt primo loco enumerabimus. Sunt autem ea secundum quæ alij versus Catenoplij, alij Periodici, alij Sapphici, alij Bucolici dicuntur.

Catenoply sunt, in quibus duobus Dactylis positis sequitur Spondæus, vt,

Mittite-υυ forsan &-υυ hæc o--lim meminisse iuuabit.

Sic autem dicti, quod ad hos saltare consueuissent οἱ τὰ ὅπλα σείοντες, id est, arma concutientes: eo quòd duo Dactyli ruentem quasi celeritatem referant, quam tardior Spondæus excipiens breui mora retinet.

Periodici sunt, qui alternis vicibus nunc Spondæum nunc Dactylum admittunt. περιοδικὰ enim Græcis dicuntur τὰ τεταγμένως ἀνιέμενα καὶ αὖθις ἐπιγινόμενα, id est, quę ordine certo & remit-

remittũtur & repetũtur. Talis aũt est hic Vergil

Miscet a -υυ genas te-- lis nemo -υυ ra inter-- frondea -υυ circum -υ.

Sapphici dicuntur, qui & in principio & in fine pedem & dictionem habent dissyllabam, vt,

Tandem pauca refert: Ego te quæ plurima fando,

Bucolici propriè vocantur, si quartus pes & Dactylus sit, & dictionẽ integram absoluat, quod alij Cæsuram Bucolicam vocauerunt, vt,

Nos patriæ fines & dulcia-υι linquimus arua. Habetur hæc species in Bucolicis argumentis suauissima, sed & reliqua ornat si cũ ratione adhibeatur.

Passiones verò, quas hoc carminis genus cum reliquis communes aut habet, aut habere potest (licet non cum omnibus) sunt, secundũ quas alij χωλοι *dicuntur aut* ἰσόχρονοι, ἰσοεχημοι, ἰσολεκτοι, ἀπηρτισμένοι, ἀπηλεγεῖς, ἄζυγοι, τραχεῖς, μαλακοηδεῖς, κακοφωνοι, ἠχετικοὶ, ὑπορρυθμοι, τέλειοι καὶ πηδομερεις.

Primũ autem quod χωλούς *attinet, quos Claudos vocant, diuidũtur ij in Procæphalos, Acæphalos, Procœlios, Lagaros. Dolychouros & Myuros.*

Procæphali dicuntur, quibus in primo pede aut Syllaba aut Tempus ponitur superfluum, vt,

Miscue-υ-runtq; herbas & non innoxia verba.

Vides enim hic primum pedem Amphimarcum & quinq; temporum esse, cum quatuor tantummodo deberet absolui.

Acæphali quibus in principio aut Syllaba aut Tempus deest, inter hoc Hephestio omnes eos nu-

merat, qui primam Syllabã breuem habent, cuius sententię & Diomedes est. Exemplum huius apud Homerum est illiad. ⸸

ἐπειυ-δὴν ἠάς τε καὶ ἑλλήπ ον τοχ ἴκοντο.

Procœlij, in quorum medio Syllaba aut Tempus abundat, quare hoc nomine tanquam Ventricosi dicti sunt. Poterit fortasse talis videri hic Vergilianus, nisi quis ad Systolen magis referre velit, quod & facere licet.

Obstupu-υυ i stete-υυ runtq; comæ & vox faucibus hæsit.

In quo secundus pes quinque Temporum est, quemadmodum & primus is quem modo in Procæphalis numerauimus.

Lagari sunt hiulci versus, quibus in medio Syllaba vel Tempus deest: λαγαρὸν *enim Græcis idẽ est, quod inane & vacuum Talis autem est hic,*

Limina-υιq; lau υ-rusq; Dei totus ⁊ moueri, &c.

Hic enim secundus pes Iambus est tribus constans tantummodò temporibus, cum locus hic quatuor postulet.

Dolichouri, in quibus syllaba in fine abundans ponitur: vt, Atria dependent lichni laquearibus aureis. Sed de his etiam supra dictum est.

Myuri sunt, quorum penultima syllaba, quæ lõga esse debeat, breuis est: μύουρον *enim Græcis dicitur* πὸ ἐπὶ τεγευπῆς ἀτολεπτ ωομενον, *id est quod in fine quasi extenuatum est, vel, quod in fine defectu aliquo laborat. Talis est, quem ex Liuio vetusto Poëta citant alij. Balthæus & reuocet*

eet volucres in pectore ſimus v-.

Sunt autem & alij Verſus, de quibus ſupra dictum eſt, inter quos primum locum tenent ἰσόχρονοι *vel* ἰσόποδες, *qui vnicum pedem omnibus locis habent, vt Ennianus hic.*

Olli -- reſpon-- dit Rex-- Alba -- i lon-- gai--. *Et hic Dactilicus.*

Punica-uu regna ui-uu des Tyri-uu os & A-uu genoris-u vrbem-u.

ἰσοσχήμοι, *id eſt, Aequiformes, qui vnam tantummodo cæſuram habent, vt Georg. 4.*

Tartara, cæruleoſq; implexæ crinibus anes.

ἰσολεκτοι *ſiue Aequidici ſunt, in quibus ſingulis dictionibus aut commatis ſua opponuntur contraria aut oppoſita, vt,*

Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
Hic enim albũ nigro, liguſtra vaccinijs & Verbũ cadere ipſi Legere opponuntur.

ἀπηρτισμένοι *id eſt. Abſoluti, qui plenam per ſe vel ſoli ſumpti abſoluunt ſententiam, vt,*

Tu coniux, tibi fas animum tentare precando.
Vides enim hoc vno verſu non modò quid faciendum ſit dici, ſed & cauſam & totam quodammodo argumentationem comprehendi.

ἀτμηγεῖς *vel Illibati dicuntur omnes Verſus, quotquot integris & nullam Figuram paſſis Syllabis conſtant. Tales cum vbique ſint obuiam, exemplo non opus eſt.*

ἄζυγοι *dicuntur, in quibus multæ dictiones aut membra ſine omni ponuntur coniunctionis copula, vt,*

la, vt.

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Τραχεις, *id est, Asperi, qui & Fragosi dicuntur: sunt qui durum & inconditum enunciandi sonum habent, vtpote qui aut durioribus consonantum commixtionibus, aut frequentiori collisionum ferie exasperantur, qualis est, quem modo citauimus.*

μαλακοιεδεις, *Teretes à Diomede dicuntur, qui volubilem & cohęrẽtem dictionem effingunt, quòd ferè sit, si Adiectiuis rete pręmissis sua substantiua subiungantur, vt,*

Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.

κακοφωνοι, *qui latis & asperis vocalibus deformantur, quod plerumq; fieri consueuit eiusdem vocalis nimia in vno metro repetitione, in primis, si ea per se sit durior.*

ἠχετικοι, *id est, Sonori, qui concinna & pro rei dignitate composita syllabarum & pedum modulatione formantur, vt,*

Puluerulenta fuga glomerant camposq; relinquant. Et,

Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

Differunt autem Sonori & Teretes, cacophoni & Fragosi, quòd hi ex vocalibus magis, illi verò ex compositionis ratione spectentur.

ὑποῤῥυθμοι *sunt qui singulis dictionibus integris pedem absoluunt, vt,*

Plangite

Plangite -υυ luctu -- scindite -υυ vestem -- rumpite -υυ corpus -υ.

Tales tamen omnes à nonnullis putantur qui aliqua forma ad Rhythmi similitudinem accedũt.

Τέλειοι, id est Perfecti, qui omnes octo orationis partes in se continent, vt,

Hei mihi, si toties lachrymans ad funera cogar.

πεδιομερεῖς Fistulares apud Diomedem dicuntur in quibus proxima quæq; dictio priorem syllabarum numero excedit, vt,

Rem tibi concessi doctissime dulciſonoram.

Quantum verò ex Diomede colligere licet, referuntur huc etiam, qui vel quatuor tãtùm dictiones habent, quarum altera alteram excedit, qualis est hic Ouidij:

Ver erat æternum placidiq; tepentibus auris.

Adnumerant huc quidam Reciprocos versus, quos alij à primo horum inuentore Sotadeos voci tauerũt, qui antrorsum & retrorsum lecti, metrũ iustis constans pedibus absolunt, quale est. Sotadei versus.

Musa mi -υυ hi cau -- sas memo -υυ ra quo -- numine -υυ læso --. Hoc si inuertas tale est.

Leso -- numine -υυ quo memo -υυ ra cau -- sas mihi -υυ Musa -υ.

Solet autẽ hoc carminis genus in Elegiacis nõnunquã ita vsurpari, vt duo in his versus ea ratione inuertãtur, vt inuerso etiã dictorũ sensu pentametrũ in Hexametrum, & hoc in illud cõmutetur, quale est hoc nõ indoctũ nec illepidũ in Pontificẽ scõma,

Laus tua, non tua fraus, Virtus, non copia rerũ.

Scan-

Scandere te fecit hoc decus eximium.

Hęc enim inuersa, & carminum ſpeciem & ſenſum ipſum inuertunt, hoc modo:

Eximium decus hoc fecit te ſcandere rerum.

Copia, non Virtus, fraus tua, non tua laus.

Huius verò Carminis certæ leges traduntur: Prima, Vt primus tam Hexametri quàm Pentametri pes Dactylus ſit: ſimiliter & Hexametri ſecundus. Secunda, vt. Quartus Hexametri pes deſinat in dictionem monoſyllabam negatiuam 3. Vt poſtrema dictio verſus Pentametri ſit quadriſyllaba 4. Vt omnis vbiq; vitetur colliſio. Horum omnium exempla verſus illi ſuperius citati continent. Sæpe etiam contingit vt verſus inuerſi in diuerſum planè Carminis genus abeant, quod in Periodicis vſitatiſſimum eſt: ſed de illis pluribus agere non eſt noſtri inſtituti.

NOTIONES ALIQVOT IN HEXAMETRIS OBSERVANDAS.

Illud autem admonendum duximus, quòd poſtę iam verſuũ ſpecies ferè omnes Carminibus ornatum & addunt & detrahunt: hi enim qui aliàs κάκοφωνοι aut aſperi, duri vel molles & ſoluti videntur, in loco poſiti, egregiè & cum decoro rem de qua agitur, exprimunt. Non autem in loco adhibiti, oſtendunt auctori & ingenium & iudicium defuiſſe. Contrà quoq; qui per ſe auguſti & verè Heroici ſunt, ſi crebrius ponantur, in re etiam humili, tam abeſt vt eam ornẽt, vt riſum magis Lectoribus

tribus moueant, perinde ac si quis puero Herculis cothurnos induere conetur: nisi forte tale argumẽtum sit, in quo per exercitationis lusum res minimas amplificãdo, aut ingenij vires experimur, aut risum voluptatemq; Lectoris quærimus.

Summa itaque & præcipua ferè Poëtæ ars erit, vt Metrorum ſpecies rebus pro harum dignitate possit accommodare. Sicut enim in Corollis texendis non omnes flores omni loco positi ornamentum habent & gratiam, sed grata varietate & texentis iudicio dispositi: Sic & in Carminibus non omnes Versuum ſpecies, quamuis augustæ & volubiles, omni in loco decenter solent adhiberi.

SECVNDO, ea est optima pedum dispositio, in qua nullus pes integra dictione constat, vt:

Imposi ⏑⏑ tis au--ro dapi-⏑⏑ bus pate-⏑⏑ ras q; te-⏑⏑ nebant--.

Non tamen hoc pro Regula habendum est, à qua discedere nefas sit. Licet enim secùs facere probatissimo Poëtarum exemplo, vt:

Panditur--⏑⏑ intere-⏑⏑ a domus-⏑⏑ omnipo-⏑⏑ tentis ⏑-⏑⏑ lympi--.

Fit etiam sæpius vt tres pedes tribus dictionibus integris absoluantur, vt:

A ter--go lon--gum per--valles--pascitur ⏑⏑ agmen-⏑.

Hoc autem si in Carminis fine, id est, tribus postremis pedibus, contingat, facilè veniam meretur: vt principio autem durius est & incomptius quàm vt vsurpari debeat, nec frequẽter apud politos carminis

minis scriptores inuenietur.

TERTIO vitiosum habetur, si versus à collisione incipiat cum dictione monosyllaba. Quantum enim hoc cauerint Vergilius & Ouidius quiuis vel mediocriter in illis exercitatus, facilè deprehendet.

QVARTO curandum, si vlla ratione fieri potest, vt Adiectiua substantiuis præponantur ita tamẽ, vt aliquid intercedat, vt Metamorph: I

Mollia securæ peragebant otia gentes.

Hoc enim tum ad carminis elegantiam, tum ad Lectoris voluptatem facit, dum semper quidnam sequatur, quasi intentus expectat.

QVINTO, in fine cum primis cõueniens habetur, si Versus disyllaba vel trisyllaba dictione finiatur. Si enim tetrasyllaba, pẽtasyllaba aut etiã monosyllaba (nisi animalis nomen sit aut enclitica particula, vel si duæ monosyllabæ in fine ponãtur) fuerit, multum gratiæ carmini detrahitur.

SEXTO, Leonini versus, quorum medium cum fine syllabarum æqualitate respondet, rarius ponendi sunt. Inepta enim est in carmine syllabarum congruentia, si sit frequentior, vt:

Quid frustra missis in me certatis habenis.

SEPTIMO, dilligenter curandum, vt Epitheta rebus conueniant: his enim Poëta tanquã cibo vtitur, imò carminum ceu anima quædam esse videntur. Nec enim semper conueniet Leonem trucem aut immanem dicere, & mulierem semper imbellem, &c. Sed hæc omnia circumstantijs diligenter

ter consideratis temperanda sunt.

POSTREMO, Verba inusitata, sordida & omnia quæ difficilius percipi possunt & intelligi, ceu scopuli à nauigantibus fugienda sunt: in quibus tamen hodie multi nimium ineptè se torquent, qui vt se Græculos ostendant & linguarum peritos, nec à Græcis nec Barbaris dictionibus sibi temperant, licet & locus & argumenti natura nonnunquam repugnet. Hîc omnia pura & Latina esset conuenit.

Hæc de Hexametro copiosius admonenda duximus: quia vt carminis genus est præstantissimum & vsitatissimum, sic multa in hoc continentur, quæ diligenter cognita, haud parum ad sequentium metrorum intellectum facient.

DE CARMINE ELEGIACO. Cap. X.

HEroico versui si Pentametrum iungas, Elegiacum carmen constituitur, luctibus, dolori & querelis aptum: quia prior versus profecto ordine decurrens à secundo quasi claudicante, & sexto pede ceu per singultum absorpto, excipitur. Vnde apud veteres primò nihil præter funebres orationes, aut alia leuioris argumenti hoc genere describebantur. Primus omnium apud Latinos Ouidius (vt opinor) inuenitur, qui in sublimiori & ardua magis materia hoc vsus est, vtpote in Fastis, non semel tamen carminis imbecillitatem questus, vt cùm inquit:

Quid volui demens elegis imponere tantum
Ponderis? Heroici res erat ista pedis.

Paulatim verò eò res processit, vt varijs accommodaretur generibus. Dictũ est (vt nõnullis videtur) παρὰ τὸ ἐυλογεῖν ἐπὶ τεθνειότας : *quia defunctorũ laudes hoc celebrantur. Alij verò ab* ἔλεος *deducunt, quod misericordiam significat. Auctor eius quisnam primus fuerit incertum est, quod etiam Horatius in arte Poëtica fatetur, cùm dicit:*

Quis tamen exiguos elegos emiserit Auctor,
Grãmatici certant, & adhuc sub Iudice lis est.

Quia autem de Hexametris prima Elegiaci parte satis dictum est, nunc Pentametri compositionem prosequemur.

Ea aũt non multũ ab Heroica distat: quia duabus constat semiquinarijs, quæ ambæ in Hexametrum possunt concidere. Primã autẽ Heroicã vocant, quia Pentametrum non alio principio, quam Heroica Penthemimeri vtitur. Secundã, dactylicam dixerũt, quia duobus dactylis constat & syllaba. Curandũ autem, vt primæ semiquinariæ vltima syllaba longa ponantur: breuis enim eadem esse nõ potest, nisi id in maiori opere & rarius & probatissimorũ Poëtarum exemplo fiat. Licet enim Ouidius & alij eandem sæpè corripuerint, nobis tamen non statim in exemplum & regulam trahẽdum est, quod magnis ingenijs cõcessum esse videmus. Secundæ autẽ semiquinariæ vltima syllaba, pro ratione omnium carminum est indifferens. Erit igitur (vt breuis sim) legitima eius cõstitutio, vt duo priores

pedes

pedes vel dactyli vtrique, vel Spondæi, vel mixti sint, quos longa sequatur syllaba. Duos verò posteriores dactylos puros esse necesse est, qui & ipsi superfluã syllabam habent adiunctam, hoc modo:

1 Bella mi-uu hi vide-u uo-
2 bella pa-uu rantur a-uu it-. Vel
1 Satur--nus re--gnis-
2 à Ioue-uu pulsus e-uu ratu. Vel
1 Res est--sollici-uu ti-
2 plena ti-uu moris a-uu moru.

Sunt autem, qui aliam ab hac diuersam mensurandi rationem tradiderunt, secundum quam versus in medio integer permanens Spondæum in tertio loco recipit, primis duobus aut dactylum aut Spondæum indifferenter: duobus verò vltimis Anapæstos, vt:

Bella mi-uu hi vide-uuo bel--la paran uu-
tur ait uuu. Vel
Res est--sollici-uu tiple--na timo uu-ris
amor uuu.

Ego autem priorem rationem seruari malim: ea enim pueris tum in scandendo, tum in componendo carmine est facilior. Deinde & hoc cauet, ne versus in medio dictione aliqua ita connectatur, vt sine integræ dictionis sectione diuidi nequeat: de qua re agimus.

NOTIONES ALIQVOT IN ELEGIACIS OBSERVANDAE.

IN primis in hoc carmine curadũ est (quod modò monuimus) vt prima Penthemimeris, quam

Heroicam vocauimus, dictionem finiat. Vitiosum enim tale carmen habetur. cuius apud Diomedem exemplum hoc ponitur:

1 *Hæc no--stuæ quoque* -uu *sen-*
2 *tentia* -uu *mentis e* -uu *ratu.*

Hoc enim pronũciatione parũ aut nihil à prosa differre animaduertis. Nec moror quod huiusmodi quædam apud aliquos celebres Poëtas inueniuntur: ego enim meliores sequi malo, apud quos hæc non facilè inuenias.

SECVNDO *spectandũ, quali dictione pentametrũ desinas: ea enim si dissyllaba fuerit quadrat eleganter & pulcrè claudit. Monosyllabas etiam non ineptè ponuntur, si id cum collisione fiat, vt:*

Nomina mutarunt, hic deus, illi dea est.

Absurdissima autem est in fine posita dictio trissyllaba, quæ (præterquã in epigrammatis, vbi sensus argutia magis spectatur) omnio fugienda est. Ab illis enim ita horruit carminis huius politissimus artifex Ouidius, vt paucissimos huius generis versus in omnibus suis operibus inuenias. In Heroicis certè, quæ magnam apud omnes laudem meruerũt, vnicũ hoc in Hypermnestrę epistola extat:

Quę tamen externis danda forent generis.

TERTIO *obseruatur hoc diligenter, vt Pentametrum cum suo Hexametro præcedenti sententiam & perfectam constructionem absoluat. Ineptum enim foret, si dictiones ex alijs distichis ad sententię completionem assumerentur.*

POSTREMO *summa diligentia curandum est, vt*

est, vt dictio sit pura, tersa, aperta, simplex & elegans. Vitentur voces asperſi, absoletæ, priſcæ & peregrinæ. Vitentur conſtructiones obſcuræ & coactæ. Denique nihil hic vel durum vel inuitum coactumq; conſpiciatur. Cùm enim numeri ſint ſimplices facilesq;, minimè decet eos nimio verborum pondere, & ſententiarum obſcuritate & faſtu aggrauatos opponere. Huc autem multum faciet eorum Poëtarum lectio, qui in hoc genere clariſſimi excelluerũt, quales ſunt Tibullus & Ouidius, quorum alter decora grauitate, qua ratione Elegorum laſciuia aut luxuria, ſi mauis, conſtringenda ſit, docet: alter veram in his ſimplicitatem & euidentiam oſtendit. Reliqua verò quæ in his notanda ſunt, ex premiſſis petere licebit.

DE SAPPHICO HENDECASYLLABO. Caput. XI.

LYrica carmina antiquitus ad Heroum fortia geſta & deorum encomia adhibebantur, quod & Horatius ſentire videtur in arte,

Muſæ dedit fidibus diuos puróſque deorum.

Tandem verò & ſympoſita & reliqua argumẽta his deſcribi conſueuerunt, Nomẽ autem adeptæ ſunt quod lyræ modulos canerentur. Horũ ſpecies eſt metrum Sapphicum, quod Leſbia Sappho Poëtria aut inueniſſe aut expoliuiſſe dicitur. A ſyllabarũ numero Hendecaſyllabum, & à pedibus pentametrum appellatur. Harmoniam verò (vt ſic dicam) iucundam & ſuauem habet, ſi legitimã conſtitutio

ſtitutionem ſuam ſequatur quæ talis eſt:

1	2	3	4	5
-∪	--	-∪∪	-∪	-∪
Inte	ger vi	tæ ſcele	risq3	purus.

Cuius ſpeciei verſus tres continuo ordine poni ſolent, quibus deinde Adonicus ſubiungitur Dactylo & ſpondæo conſtans: ſic ab Adone Veneris amaſio dictus.

Eſt autem illius alia adhuc menſurandi vel ſcandendi ratio, qua ſemiquinariam recipit: ita vt primum locum Trochæus, ſecundum Spondæus cũ alligato ſemipede, id eſt, ſyllaba longa occupet: ſecunda verò pars anapæſtum recipiat cum Iambo & ſemipede alligato, vt vedere eſt hoc exemplo.

1 Inte-∪ger vi--tæ-

2 ſceleris ∪∪-q3 pu∪-rus∪.

Alij etiam hoc carmins genus vnà cum reliquis ſequentibus per διποδίαν ſcandunt, hoc modo:

Integer vi-∪--tæ ſceleris-∪∪-q3 pu∪-∪rus∪.

Ego verò pueris ſuperiorem formam magis proponendam eſſe puto: quia facilius eſt vnum pedem & viſitatum, quàm aut compoſitos, aut aliàs minus vſitatos obſeruare.

NOTIONES ALIQVOT IN Sapphicis obſeruandæ.

PRIMO, ſuauius & elegantius illud ſapphicum eſt, quod Penthemimerim recipit. Quo etiam multum facit ſecunda ſcandendi ratio, cuius ſupra memini, quæ vel hoc ſolum nomine negligi non debet.

bet. Quamuis hoc nõ tam curiosè, vt in Elegiacis, obseruandum est.

SECVNDO obseruatur, vt si prima sapphici dictio monosyllaba sit, dissyllaba eandem excipiat, vt,

Te minor latum reget æquus orbem.

Sic enim versus melius coherere videtur, si primo statim loco cæsuram habeat.

TERTIO non indecorum est, si Adonium metrum, quod tribus sapphicis subiungitur, substantiuis cõstet, quorũ adiectiua vel epitheta in præcedentibus ponantur. Sic enim tota series velut ex vno corpore dependebit, ne mutila & laxata parumq; cohærentia videantur. Exemplum sit tale:

Te minor latum reget æquus orbem,
Tu graui curru quaties Olympum,
Tu parum castis inimica mittes
Fulmina lucis.

POSTREMO concinnius videtur, si Adonius duabus constet dictionibus & non vna tantùm: quod tamen non anxiè obseruatum à plerisque videmus. Inuenitur etiam apud Horatium, vt Adonius procephalus sit, & eius prior syllaba, quæ superflua est, cum precedentis fine collidatur, vt in hoc, quod etiam suprà annotauimus, exemplo.

Labitur ripa Ioue non probante
Vxorius amnis.

Nonnunquã etiam fit citra collisionem, vt eius, quæ in Adonio est, dictionis prior syllaba ad præcedens metrum pertineat, vt in hoc versu,

Groſphe non geminis neque purpura venale
nec auro.
Sed hæc & alia huius generi vſus addocebit.

DE PHALECTIO, Caput. XII.

PHalecium metrum ab inuentore Phalecio ſic dictum eſt, qui Cererem hoc carminis genere celebrauit, vt Terentianus docet. A ſyllabarũ numero hendecaſyllabum, à pedibus verò Pentametrum dici poteſt. Cõſtat autem ex veteribus (quod & Ioannes Pierius teſtatur) initiò his nihil quod prolixioris argumenti eſſet deſcriptum fuiſſe: poſtea verò eorum lepore & ſuauitate melius percepta, luxuriare in ijſdem Poëtæ cœperunt.

Eius compoſitio communis & viſitata à pleriſq; hæc eſt. Primò loco ſpondæum, ſecundò dactylum recipit. Tres verò ſequentes Trochæus occupat, niſi quod vltimus, rro omnium carminum ratione, etiam ſpondæum admittit, hoc modo:

Vitã--quæ faci-uu unt be-u ati-uorem-u.
Iucũ--diſſime-uu Marti-u alis-u hæc ſunt--.

Eſt autem & alia hæc menſurandi & componendi ratio, quam nonnulli non ineptè nèc incommodè tradiderunt, vt ſcilicet duabus ſemiquinarijs conſtet, quarum prima heroica ſit, ſpondæo conſtans & dactylo, quibus adiungatur ſemipes ſyllabam habens longam: Altera verò Iambica ſit, duos Iambos cum adherente ſemipede altero continens, hoc modò:

1. Sum-

1 *Summum--nec metu-uu as-*
2 *diem u-nec uuptes-.*

Atqui hæc ratio licet à nullis Poëtarum anxiè obseruata sit, tamen hoc commodi afferre videtur, quod cauet, ne metrũ semiquinaria ineptè careat, quæ etiam in hoc genere venustè ponitur.

Sunt etiam, qui hanc scandendi rationem sequantur, nec vt primo loco epitritũ quartũ secũdo diabũ, tertio bachiũ vel amphibrachym collocẽt, vt:

Summum nec me---u tuas diem u-u-nec optes u--.

Hoc autem vt nõ reprehendo, ita pueris facilio rem formulam ac magis commodum esse arbitor.

Notandum tamen est, quod Catullus nonnullis pedibus licentiosè in hoc carminis genere vsus est vt cùm primo loco nunc Iambum, nunc Trochæum collocat, vt:

Diser u-tus puer ac facetiarum. Item,
Neu ti-u bi libeat foras abire.

Deinde etiam secundo loco Trochæum inuenies, vt in hoc versu,

Vno in--lectu-u lo erudituli ambo.

Quanquam hîc nonnulli syllabam lo per licentiam non elidi dicant, & propter sequentem vocalem corripi, quòd etiam ipse contumaciter negare nolim: sic enim apud eundem ex spondæo, quem secũdo loco posuisse videtur, per diæresim dactylum faciunt, cuius etiam supra mentionem fecimus, vt:

Verbosa gaudet Venus loquela. Vbi verbum gaudet per diæresim trissyllabum legitur.

NOTI-

NOTIONES IN PHALECIJS obſeruandæ.

Non iniucundũ eſſe à nonnullis obſeruatum eſt ſi per ſemiquinariam Phaleciũ metrũ ſecari poſſi, vt modò annotauimus. Quod tamen, vt non ſemper fieri poteſt, ita curandum vt tunc ſecũdus pes, qui dactylus eſt, dictionẽ terminet, vt in hoc verſu

Iucun-- diſſime- ∪∪ Martialis hæc ſunt.

Deinde quod in omnibus Epigrãmatis venuſtè fit, huic metro maximè & conuenire & miram gratiam addere videtur, ſi crebra παρονομασια, id eſt dictionum colluſione conſtet: vel ſi dictio aliqua, per quam maxima vis & carminis ſenſus perficitur, imò integer etiã verſus qui iucundior eſt & ad rem accommodatior in principio poſitus, vel in medio vel in fine reperiatur.

Poſtremò ſi multa adiectiua quæ ad vnum ſubſtantiuum referuntur, ordine ſine coniunctionum copulis collocentur. Sed hæc omnia cum alijs obſeruatu dignis frequens lectio & ſcribendi exercitium præſtabit.

DE CHORIAMBICIS. Caput XIII.

CHoriambicum metrũ varium eſt, cuius & variæ a diuerſis auctoribus traduntur ſpecies: nec hîc omnes conſentiunt, dum alij alias atque alias illius partes enumerant. Nos autem, qui hæc pueris ſcribimus, aliorum diſputationes ſcientes omittimus, quinque eius ſpecies ſubijcere cõtẽti, quę & facillimæ & vſitatiſſimæ

apud

apud Latinos inueniuntur: sunt autem Asclepiadæum, Gliconium, Aristophanium, Alcaicum & Sapphicum.

De Asclepiadæo.

Prima choriambici species ab auctore Asclepiadæa dicta est, & choriambica à pede prædominãte nominatur. Non infimum autem inter lyrica locum tenet hoc metri genus: quia principibus & magnis viris fere accommodari consueuit.

Scansionem admittit triplicem, quarum prima quatuor duntaxat pedibus cõstat, primo spondæo, secundo & tertio choriambis, qui aliàs Amphimacri dicuntur, quarto Pyrrhichio vel Iambo, vt:

Mecœ--nas atauis -uu- edite re-uu-gibus u u.

Secunda autem ratio duabus constat semiquinariis: in fronte spondæũ habet quem dactylus cum adhærente excipit semipede longo. Secunda autem pars dactylum & Trochæum recipit cum adiuncto semipede altero, vt:

1 Mecœ--nas ata-uu uis-

2 edite--u regi-u bus u.

Tertia mensuratio huic per omnia similis est, præterquam quòd in fine aut dactylum ponet integrum aut Amphimacrum, vt:

1 Mecœ--nas ata-uu uis u

2 edite-uu regibus-uu.

Quanquam verò prima mẽsurandi ratio maximè propria vsitatissima videatur, vtpote quòd choriambi in ea primatum teneant, à quibus carmen nomen suum traxit: superiores tamẽ nobis magis

gis idoneæ videntur: facilius enim eas percipiunt pueri, quę minores pedes admittunt, quàm quæ quadrisyllabis constant. Tũ & hoc cauent ne metrũ hoc penthemimeri careat, quod nõ minimum alicui vitium habetur. Nihil autẽ vetat, quin vt quisque eam mensurandi rationem sequatur, quæ sibi facillima videbitur, modo carminis rationem & syllabarum numeros non confundat.

Notandum etiam quod hîc Diomedes tradit, Asclepeadæum versum addita syllaba in Pentametrum conuerti, vt:

Mecœnas atauis edite regibus.

Item ex Hexametro Asclepiadæum fieri, si in media & fine dictione dissyllabam subtrahas, vt:

Iam iam nulla mora est, sequor, en modo, ducite, pergam.

Hinc si tollas dictiones duas, mediam scilicet sequor & vltimam pergam, Asclepiadæum habes, vt:

1 Iam iam -- nulla mo - ∪∪ ra èst -

2 en modo - ∪∪ ducite - ∪∪.

Quod idem fit si in medio vnam longam syllabam demas cum vltima dictione dissyllaba, vt si versum modò citatum sic legas:

Iam iam nulla mora est, me me modo ducite, pergam. Hinc si alterum Me & vltimam dictionem sustuleris Asclediadæum est, vt:

Iam iam nulla mora est, me modò ducite.

E contrà verò huiusmodi dictionibus interpositis ex Asclepiadæo Hexametrum facies, vt:

Certas

Certat ter geminis tollere honoribus.

Asclepiadaum est, quod in Hexametrum abit hoc modo.

Certat ter geminis citò tollere honoribus illos.

Quod etiam fieri potest, si pro duabus breuibus syllabis vnam longam in medio inferas, vt:

Certat ter geminis attollere honoribus illos.

Hęc autem ideo monemus, vt studiosi videant, qua ratione aliud carminis genus nascatur ex alione temerè ortas has scribendi rationes existiment.

DE GLICONIO.

GLICONIVM *metrum a primo suo inuentore sic nominatum, compositionem facillimam & simplissimam habet. Tribus enim tantummodo pedibus absoluitur, quorum primus Spondęus est, reliqui verò duo dactyli, vt:*

Tunc nec - - mens mihi - ∪∪ nec color - ∪∪

Nunquam aũt vel quàm rarissimè solum purũmue ponitur. Frequenter verò Asclepiadęis immiscerí consueuit, diuerso tamen modo: nunc enim duos, nunc tres Asclepiadęos precedentes sequitur nonnunquam cum illis vicibus alternis permutatur, aliquando etiam primum versum Gliconiũ, secundum vero Asclepiadęum esse inuenies, ut in hac Horatij Oda:

Sic te - - diua po - ∪∪ tens Cypri - ∪ -.
Sic fra - tres Hele - ∪∪ no lucida - ∪∪ sydera - ∪.

DE ARISTOPHANIO.

TERTIA, *hæc Choriambici species est, ab Aristophane nimirũ sic appellata: quia illius apud*

huno

hunc frequens vsus est. Sed & hanc rarissimè solam puramq́, inuenies, sed alterius generis carminibus intermixtam. Constat pedibus duobus, choriambo primo & secundo Bachio vel Amphibrachi, vt:

Lydia dic- ∪∪ -per omnes ∪ --. Vel,

Funera ne- ∪∪- virilis ∪ -∪.

Sunt tamen qui hoc alio modo nonnihil ab hoc diuerso metiantur, secundum scilicet pedem Iambum constituentes, cui syllabam superabundantem connectunt:

Lydia dic- ∪∪ - per o ∪ - mnes- .

Sed vt hæc sumantur, nil ad ipsius metri compositionem impedimenti afferent.

De Alcaico.

Alcaicum metrum propriè dicitur, quod constat Epitrito secundo, duobus choriambis & Bachio siue Amphibrachi, vt:

Te deos o -∪-- ro Sybarim -∪∪- cur properes -∪∪ - amando ∪ - -.

Hoc verò genus à nõnullis Alchaicum Tetrametrum dictum fuisse inuenio, qui etiam aliam speciem, Alcaicum scilicet Pentametrum tradiderit, cuius pedes faciunt, spondæum, choriambos tres, vltimo autem loco iambum vel Pyrrhium, quale est illud Horat.

Tu ne -- quæsieris -∪∪ - scire nefas - ∪∪ - quem mihi quem - ∪∪ - tibi ∪ - .

Hoc autem alij Sapphicum, Diomedes Archilochium, Seruius verò Alcmanium vocauerunt.

DE

DE SAPPHICO CHORIAMBICO.

Magna in hac ſpecie apud Grammaticos eſt varietas: ſunt enim (vt modo dictum eſt) qui hoc Sapphicum vocitent, quod nos modo Alcaicum eſſe diximus: quia nimirum fieri potuit, vt plurium ſpeciorum vnus author aliquis inueniretur. Sunt & alij, quos & nos ſequimur differentiæ gratia, qui Sapphicum choriambicum eſſe dicant, quod tribus conſtat choriambis et vltimo pede Bachio vel Amphibrachi, vt:

Iane pater - ∪∪ - *Iane tuens* - ∪∪ - *biceps* - ∪∪ - *biformis* ∪ - ∪.

Et hæc nunc de choriambicis dixiſſe ſufficiat: reliqua enim quæ hîc traduntur, non adeò multum ad iuniores faciunt. Qui verò omnium choriambicorum exempla videre cupit. Alas, quæ in fine Theocritis excuſæ extant inſpiciat.

DE ARCHILOCHIO.

Caput. XIIII.

Archilochia metra, ab Archilocho inuentore, vt coniicere licet, dicta, duplicia celebrantur, quorum vtraſque ſpecies in quartam Odam Horatius coniunxit.

Primum Hexametrum eſt: conſtat cæſura Bucolica, de quâ dictum eſt ſuperius, & tribus Trochæis, vel vltimo etiam ſpondæo.

Secundum, Pentametrum eſt: quinque enim pedes continet, & ſyllabam in medio ſuperfluam, Semiqui-

miquinariam ſcilicet Iambicam, quæ primo loco ſpondæum vel Iambicum indifferēter admittet, ſecundò verò Iambum ſolùm, cum annexa illi ſyllaba longa: quibus poſteà tres Trochæi ſubiunguntur.

Prioris Typus eſt hic:

Soluitur -υυ acris hy-υυ ems gra--ta vice -υυ veris-υ & Fa-υ uoni--.

Poſterioris Typus hic:

1 Trahunt υ-q; ſic υ- cas-
2 machi-υ næ ca-υ rinas--. *Vel:*
1 Nec re--gna vi υ-ni-
2 ſorti-υ cre-υ talis-υ.

Eſt enim tertia ſpecies, quæ ex Iambico Dimetro & Penthemimeri Heroica componitur, de qua infrà de metris Horatianis inuenies.

DE ANAPAESTICO. Caput. XV.

HOc carminis genus principalem pedem anapæſtum habet, à quo & nomen ſuum traxit: quãquam nonnunquam & Iambum & dactylum ab initio poſitum inuenias.

Generalem eius deuiſionem faciunt, vt aliud ſit commune, aliud Æolicum, aliud λογαοιδικὸν. *Commune, quidem, quod primo loco Anapæſtum habet, vel ſpondæum vel Dactylum. Æolicum verò, quod à Iambo incipit: quanquam hîc nonnulli non principio modò, ſed etiam alijs in locis Iambum admitti velint.* λογαοιδικὸν *eſt, quod Bachio finitur, aut Iambicam* κατακλεισὰ *in fine habet.*

Præci-

Præcipuum autem in hac ſpecie eſt, ſi primo pede ſpondæo vel iambo inferatur Bacchius. Hoc idem diy Archebulæum dixerunt ab Archebulo Thebano Poëta, qui eo plurimũ eſt vſus. Meminit huius Lud. Cælius libro decimo quintò Antiq. Lect. cap. vigeſimo ſexto.

Alij verò ſimpliciorem eius diuiſionem ſecuti, duas ſpecies tradunt, primam Pindaricam Dimetram acatalecticam: alteram parcœmiacam aut Partheniacam (ſic enim alij legunt) dimetram catalecticam.

Prima ſpecies conſtat ſpondęo, anapæſto, dactylo & vltimo pede Trochæo vel ſpondæo. Nonnunquam verò etiam proceleuſmaticum recipit, ſed rarius.

TYPVS EIVS EST.

O ſtel--liferi ∪∪-conditor-∪∪ orbis-∪.

Secunda ſpecies parœmiaca eſt, quæ recipit ſpondæum, duos anapæſtos & ſyllabam ſuperfluam indifferentem. Alij hanc ſpeciem Hephthemimerim anapæſticam vocauerunt, eò quod poſt tres pedes ſyllabam habeat ſuperabundantem.

TYPVS EIVS EST.

Felix--nimium ∪∪ prior æ∪∪-tas.

Notandum autẽ in his omnibus, quòd propriè per dipodiam ſcandunt, licet magnam cum dactylis affinitatem habeant.

Deinde, etiam hoc in primis venuſtum hîc eſſe tradiderunt, ſi ſingulæ ſyzigiæ ſingulis & integris dictionibus conſtent: quod tamẽ non vbique anix-

obſeruatum eſſe conſpicitur. Plura de his apud alios inuenire liceat: hæc pueris ſufficiant.

DE IONICO A MAIORI, Caput. XVI.

IOnica metra duplica apud Grammaticos traduntur, quemadmodum & pedes Ionici dupliceſ ſunt, maior ſcilicet & minor. Quamuis autem Ionicum à maiori nonnulli parum vſitatum eſſe apud Latinos contendant, eaq; cauſſa totum omiſerint, hoc tamen illud cum aliquot ſuis ſpeciebus collocandum duxi, ne in hac parte ſtudioſis deſuiſſe videamur.

Creſcit autem hoc carminis genus à dimetro brachycatalectico vſque ad tetrametrum acatalecticum. Pedem verò principalem recipit Ionicum à maiori & plerumque trochaica cataclide aut ſyzygia finitur, vt:

Aurum parit --⏑⏑ artes & e--⏑⏑aſdem modo --⏑⏑ratur--. Tetrameter Brachycatal.

Aliquando tamen trochaycis ſyzygijs mixtum inuenies. Nonnunquam & paonicos ſecundos recipit, in principio maximè: primam enim ſyllabam ferè indifferentem ponere conſueuerunt. Interdũ etiam trochaicas ſyzygias in ſpondæum terminat, ita vt ſeptem temporum efficiantur. Gaudet etiam reſolutionibus, quibus nonnunquam longa ſyllaba in duas breues reſoluitur: & è contra duæ breues in vnam longam conſtringuntur, vt apud Horatium in hoc verſu.

Nec Martia --⏑⏑les hœdi---lia lupos⏑⏑⏑-.
Huc enim ſecundo loco Moloſſus---pro Ionico maiori--⏑⏑poſitus eſt, & quartus locus pro trochaica cataclide -⏑- Pœanẽ quartum ⏑⏑⏑- habet.

TYPVS PVRI IONICI A MAIORE.

1	*2*	*vltimus*
--⏑⏑	--⏑⏑ &c.	-⏑-⏑
⏑-⏑⏑		-⏑--
		-⏑-

TYPVS IONICI MIXTI A MAIORE.

1	*2*	*vltimus*
--⏑⏑	-⏑-⏑ &c.	-⏑-⏑
⏑-⏑⏑	-⏑-- &c.	-⏑--
⏑⏑-⏑⏑	⏑⏑-⏑⏑ &c.	⏑⏑-⏑
-⏑⏑⏑⏑	-⏑⏑⏑⏑ &c.	

Adnumeratur autem his etiam aliud Ionicorum genus, quod Epionicium dixerunt, quod in principio Iambicã dipodiam aſſumit, ita vt prima regio vel diiambus ſit, vel epitritus tertius propter primam ſyllabam in hoc carmine (vt ſupra diximus) indifferentem, ſecunda autem purum Ionicum à maiore recipiat, tertia trochaicam cataclidem, id eſt, dactylum vel amphimacrum. Tale eſt illud Horatij. Epionicē metra.

Vides vt al⏑⏑ta ſtet niue--⏑⏑ candidum-⏑⏑,
Diſſolue fri--⏑-gus lingua ſu--⏑⏑per foco⏑⏑-.

Sunt verò, qui hoc (quod & pueris facilius facturi videtur) per pentheminerim Iambicam ſcan-

dunt & duos dactylos, hoc modo:

Vides ∪ - *vt al* - ∪ *ta* - *ſtet niue* - ∪∪ *candidum* - ∪∪.

DE IONICO A MINORI,
Caput. XVII.

Sed & hoc carminis genus à pede prædominante nomen traxit & ſuperioris rationẽ per omnia ſequitur. Si enim purum fuerit locis omnibus, Ionicum à minori recipit, vt in illo Horatij,

Miſerarum eſt ∪∪ – *neq; amori* ∪∪ – – *dare ludum* ∪∪ - ∪.

Miſcetur autem trochaicis dipodijs, ita tamen vt Ionica ſyzygia quæ trochaicam præcedit, ex, Paone tertio ſit coniuncta: nam eam quinque tantummodo tẽporum eſſe neceſſe eſt: rurſum vt trochaica ſyzygia Ionicam præſedens ſeptem Tempora contineat conſtans ex epitrito ſecundo. Admittuntur præterea etiam contractiones & reſolutiones in hoc genere, ſicuti in præcedente: vnde nonnunquam Paon tertius in Palimbachium contrahitur, ita tamen vt tunc ferè trochaica ſequens primam, quæ alioquin longa eſt, in duas breues reſoluat. Inueniunt etiam Moloſſi in hoc genere, ſed rarius & locis plerumque imparibus poſiti, vt in ſuperiore in paribus poni conſueuerunt.

TYPVS PVRI IONICI
A MINORE.

1	*2*	*vltimus.*
∪∪ –	∪∪ – – *&c.*	∪∪ - ∪

TYPVS

TYPVS MIXTI IONCI
A MINORE.

1	2	3	vltimus
∪∪--	∪∪--	∪∪-- &c.	∪∪--
∪∪-∪	-∪--	∪∪-∪	-∪--
-∪-×	∪∪-∪	-∪--	
∪∪-∪	--∪	∪∪∪-∪	
---		---	

DE CARMINE IAMBICO,
Caput XVIII.

IAmbicum metrum, à pede, qui in eo principatum tenet, sic dictum est, conuiciantibus aptũ: vnde & nõnullis apud Græcos nomẽ traxisse videtur: ἰαμβίζειν *enim illis idẽ quod* ὀνειδίζειν *significat. Alij verò à Iambe puella nomẽ indiderũt, quæ hoc carminis genere turpiter lacessita laqueo vitam finiuit. Sunt præterea, qui dicant Cererẽ ob filiæ raptum afflictã in Attica ad mulierẽ quãdam Nibam nomine diuertisse, cuius famula Iambe eam dolentem horũ numerorũ: saltatione cõsulata sit, & hinc nomen carmini esse inditũ. Sed hæc fabulosa esse nemo nõ intelligit. Constat autem in conuitijs & calumnijs huius vsum creberrimũ esse. Vtuntur autẽ hoc Tragici in primis, qui integras fabulas exceptis choris hoc genere absoluunt. Frequenter autẽ à Comicis quoq; vsurpatur: quia tale carminis genus est, quod ad quamuis materiã vel sublimen vel humilem possit accommodari. Est autem duplex, purum scilicet & Mixtum.*

nabicum
rum.

Purum est, quod omnibus locis Iambum recipit, aut loco Iambi in locis paribus quidem, interdum trybrachym, interdum anapæstum (sed hunc apud Latinos non facilè reperias) imparibus autem præter hos iam dictos, spondæum quoque, dactylum, & ex resolutione proceleusmaticum. In fine verò, quia vltima syllaba in omni metro indifferens est, etiam Pyrrhichium locum habet.

Notandum tamen quod Ioannes Pierius admonet, optimũ iambicum esse, quod puris iambicis constat, vel alternis locis spondæo nimiam celeritatem temperante. Dactylum verò in solo principio rite collocari. Anapæstum rarò & nullo præterquam primo aut quinto loco adhibendum. Tribrachum etiam non præter vnum admiscendum, & hoc vel primo, vel secundo, vel etiam quarto loco.

13 14 15 16 17 18

TYPVS IAMBICI PVRI.

1	2	3	4	5	6
⏑ –	⏑ –	⏑ –	⏑ –	⏑ –	⏑ –
– ⏑	⏑ ⏑ ⏑	– –	⏑ ⏑ ⏑	– –	⏑ ⏑
– ⏑ ⏑		⏑ ⏑ ⏑ ⏑		⏑ ⏑ –	
⏑ ⏑ –				⏑ ⏑ ⏑ ⏑	
⏑ ⏑ ⏑					
⏑ ⏑ ⏑ ⏑					

Crescit verò Iambicum metrum à dimetro acatalectico vsque ad pentametrum acatalecticum: ex omnibus tamen speciebus vsitatissima sunt, dimetri & trimetri, quos propter pedum simplicium nume-

numerum senarios vocauerunt. Tetrametrũ etiam apud comicos vsurpatum esse inuenies. Nec refert, si metrum hoc pedum numero augere velis, modo eam, quam supra de paribus imparibusq; locis regulam dedimus, obserues.

Si verò in senarijs vltimum pedem spondæum vel trochæum feceris, versus hic Scazon vel Choliambus dicitur, ad conuitiandum accommodatissimus: quare multus illius apud Martialem vsus est. In quibus tamen diligenter obseruandum, vt quintus pes semper Iambus sit. Licet enim quidam è recentioribus spondæo vsi sint, certè hoc sine probatorum poëtarum (Latinorum dico) exemplo fecerunt: quapropter minimè sunt imitandi. Exemplum Scazontis sit hoc: Scazõtus.

Ego es ⏑ - se mise ⏑⏑⏑ rum cre -- do cui ⏑ - placet ⏑ - nemo —.

Priorum enim quatuor pedum eadem quæ dimetri acatalectici est constitutio.

Mixtum autem genus est, quod omnibus in locis excepto vltimo (vbi semper Pyrrhichium aut Iambum esse necesse est) pedes, quos supra posuimus, habet indifferentes. Eius vsus in Comædijs est maximus: vnde Comicum à nonnullis appellatur. Hi enim, quia populi plausum venantur, communem magis loquendi consuetudinem, quam carminum anxias rationes & pedum constitutionẽ obseruant: quare omnibus his promiscuè vtũtur. Cuius etiam ratio quia incerta est, Typum illius certum subijcere non facilè patitur. Iambicum mixtum.

DE TROCHAICO.

Caput. XIX.

TRochaicum metrum Comicis & Tragicis propriè vsurpatum, quemadmodum & Iambicũ duplex est: Purum scilicet & Mixtum, quod & Comicum dicitur.

rochaicũ
nrum.

Purum quidem est, quod omnibus locis pedem principalem trochæum recipit, aut pro trochæo locis quidem imparibus tribrachym & dactylum nonnunquam (nam Iambum quem alij huc numerant, non facilè apud probatos poëtas inuenies) in paribus autem locis præter hos, quorum modò meminimus, spondæum quoque & anapæstum. Et si catalecticum fuerit, penultimum pedem semper trochæum postulat propriè, nonnunquam tamen & tribrachym reperies, sed rarius. Si verò brachycatalecticum fuerit, penultimum vel trochæum vel tribrachym habet indifferenter, nunquam autem τετράσημον aliquem, id est, quatuor habentem tempora.

Numerantur autem tot huius generis species, quot & Iambici, quæ tamen omnes secundum iam datas regulas possunt addisci.

Typus trochaici puri.

1	2	3	4	5	6	7	8
-∪	-∪	-∪	-∪	-∪	-∪	-∪	-∪
∪∪∪	--	∪∪∪	--	∪∪∪	--	∪∪∪	--
-∪∪	∪∪-		∪∪-		∪∪		
	∪∪∪		∪∪∪		∪∪∪		

Mixtum

Mixtum verò vel carminum trochaici generis carmen promiſcuè omnibus locis & dactylum & anapæſtum & tribrachym, & ſpondæum & trochæum recipit, præterquam vltimo.

Tanta autem eſt trochaici generis cum Iambico affinitas, vt ex illo iambicum efficias vel addendo vel adimendo in principio ſyllabam: quas metrorum affinitates Græci ἐπιπλοκὰς vocant eò quòd hac mutua implicatione alia atque alia metrorum genera naſcantur.

Poſtremò notandum eſt, proprium huius carminis eſſe vt ſecũdam ſyzygiam vel quartum pedem vnà cum dictione finiat.

Atqui hæc ſunt, quæ de communi metrorum cognitione habuimus, & quæ pueris non omnino incommoda videbantur: pleniorem omnium horum rationem ex alijs petat, qui plura cupit cognoſcere. Quia autem apud Horatium optimum lyricorum artificem multa fortaſſis inueniuntur, quæ in his noſtris explicari non potuerunt, placuit ex Diomede & alijs ea adijcere, quæ de metris Horatianis tradiderunt.

DE ODIS HORATII omnibus. Caput. XX.

METrorum lycorum apud Horatium nouendecim genera reperiuntur, quæ partim ſecundũ genus & ſpeciem ſimpliciter, partim ſecundum varias commixtiones inter ſe differunt.

Primum genus choriambicum Aſclepiadæũ eſt,

pu-

purum quo tres odas conscripsit. De cuius scansione cùm supra satis dictum sit, superuacaneum foret aliquid repetere.

Secundum genus dicolon tetrastrophon est, sapphicum pentametrum, quo odas scripsit sex & viginti. De quo superius etiam satis disseruimus.

Tertium est dicolon distrophon, quorum primus versus gliconius est, secundus choriambicus asclepiadæus, vt:

Sic te -- diua po - ◡ tens Cypri - ⏑ -
Sic fra -- tres Hele - ◡ na lucida - ◡ sydera - ◡

Scripsit hoc genere odas duodecim.

Quartum quoq; est dicolon distrophon: constat enim vtroque Archilochiorum genere, quorum primus tetrameter est, octo pedum simplicium. secundus verò quinque tantùm. In hoc autem genere vnicam quartam odem conscripsit, cuius exemplum typumq; suprà posuimus.

Quintum est tricolon tetrastrophon, in quo duo primi versus asclepiadæi sunt choriambici, tertius verò pherecratius heroicus, primũ & tertium pedem spondæum habens, medium autem dactylum, quartus versus gliconius est, vt:

Quis multa gracilis te puer in rosa
Per fusus liquidis vrget odoribus
Grato -- Pyrrha sub - ◡ antro --
Cui fla -- uam reli - ◡ gas comam - ◡.

Scripsit hoc genere odas septem:

Sextum, dicolon tetrastrophon est. Tres primi

versus

versus sunt asclepiadæi choriambici: quartus verò gliconius, vt:

Scriberis vario fortis & hostium
Victor, Maonij carminis alite,
Quam rem cumq; ferox nauibus aut equis
Miles -- te duce -⏑⏑ gesserit -⏑⏑.

Huius generis odæ apud Horatium sunt nouem.

Septimum, est dicolon distrophon. Primus enim versus Heroicus, est secundus Alcmanius tetrameter, conctans pedibus quatuor Heroini carminis, tribus scilicet dactylis vel Spondæis, vltimo vero semper Spondæo, vt:

Laudabunt alij claram Rhodon aut Mitylenē,
Aut Ephe -⏑⏑ sum bima -⏑⏑ risuq; Co -⏑⏑ rinthi --.

Circunferuntur huius generis odæ quatuor.

Octauum, est dicolon distrophon. Primus enim versus Aristophanius est choriambicus, vel anacreontius iuxta diomeden, constans choriambo & bachio. Secundus est choriambicus alcaicus, vt:

Lydia dic -⏑⏑- per omnes ⏑--
Te Deos o -⏑--ro Sybarim -⏑⏑- cur propedes -⏑⏑ amando ⏑--.

Scripsit hoc genere hanc vnam oden.

Nonum est tricolon tetrastrophon. Primi duo versus sunt Alcaici trimetri, quos nos superius Epionicos nominauimus in capite de Ionicis à maiori. Constant enim penthemimeri Iambica & duobus dactylis.

Tertius est Iambicus archilochius hypercatalecticus

lecticus: primo enim loco Iambum vel spondæum recipit, secundo Iambum, tertio spondæum, quarto Iambum & superfluam syllabam. Quartus est dactylicus Alcmanius, in tertio loco frequentissimè trochæum habens, in vltimo spondæum.

TYPVS HVIVS metri hic est:

Vides -- vt al ⏑ - ta - stet nive - ⏑⏑ candidũ - ⏑⏑,
Sora ⏑ - cte nec ⏑ - iam - sustine - ⏑⏑ ant onus - ⏑⏑,
Syluæ -- labo ⏑ - rantes -- gelu ⏑ - q̃ ⏑
Flumina - ⏑⏑ constite - ⏑⏑ rinta - ⏑ cuto --

Scripsit hoc genere Odas triginta septem.

Decimum genus est monocolon, choriambicum, Alcaicum, Pentametrum: constat spondæo, tribus choriambis & Pyrrhichio, vt:

Tu ne -- quæsieris - ⏑⏑⏑ scire nefas - ⏑⏑ - quem mihi quem - ⏑⏑ - tibi ⏑⏑.

Extant huius generis Odæ tres.

Vndecimum, est dicolon distrophon, quod Hipponactium nonnulli dixerunt. Primus versus est trochaicus dimeter, catalecticus: deest enim illi syllaba, quo minus integer sit: hanc autem si in fine addas, dimeter est trochaicus, sin principio præfigas, dimeter est Iambicus. Secundus versus est trimeter Iambicus, catalecticus: constat quinque Iambis & syllaba, nisi quod nonnunquam locis imparibus spondæum recipit. Alij hoc metrum Euripidium dixerunt: quia apud hũc frequẽs habetur. Typus eius talis est.

Non e - ⏑ bur ne - ⏑ q̃ aure - ⏑ um ⏑.

Mea

Mea ⏑ - reni ⏑ - det in ⏑ - domo ⏑ - lacu ⏑ - nar ⏑.
Scripſit hoc metro hanc vnam Oden.

Duodecimum genus eſt dicolon triſtrophon. Licet enim omnes tres ſonici ſint à minori, duo tamẽ priores trimetri ſunt, tetrameter verò tertius. Exemplum primi & ſecundi eſt:

Miſerarum eſt ⏑⏑ – neq; amori ⏑⏑ -- dare ludum ⏑⏑ ⏑.

Secundi exemplum hoc ſit:

Studium aufert ⏑⏑ -- Neobile ⏑⏑ -- Liparæi ⏑⏑ -- nitor Hebri.
Extat huius generis Ode Vnica.

Decimum tertium dicolon diſtrophon. Conſtat primo verſu heroico, ſecundo dactylico Archilochio vel penthemimeri dactilica, duobus ſcilicet dactylis & ſyllaba, vt:

Diffugêre niues, redeunt iam gramina campis,
Arbori - ⏑⏑ bus q; eo - ⏑⏑ mæ -.
Scripſit & hoc genere hanc vnam Oden.

Decimumquartum dicolon diſtrophon eſt. Primum verſum habet Iambicum trimetrum, imparibus locis nonnunquam recipientem ſpondæum. Secundum verò Iambicum dimetrum, vt:

Ibis – Libur ⏑ - nis in -- ter al - ⏑ta na ⏑ - uium ⏑⏑,
Æmi ⏑ - ce pro ⏑ - pugna -- cula ⏑⏑.
Scripſit hoc genere odas decem.

Decimumquintum dicolon diſtrophon eſt. Primus eſt Iambicus trimeter acataleCticus. Secundus ſapphicus eſt (cuius ſupra nullam mentionem,

feci-

ſicimus) conſtans penthemimeri Heroica, dactylica & dimetro Iambico, vt:

Pecti nihil me ſicut antea iuuat
Scribere - ⏑ ⏓ verſicu - ⏑⏑ los - amo ⏑ - re per ⏑ culſum -- grauı ⏑ -.

Extat huius generis ode tantùm vnica.

Decimum ſextum eſt dicolon diſtrophon. Primus verſus eſt hexameter heroicus. Secundum, archilochium vocant. Superioris autem (cuius modò ſub ſapphici nomine meminimus) eſt inuerſio: conſtat enim Iambico dimetro acatalectico, qui pentemimerim heroicam annectit. Carmen tale eſt:

Horrida tempeſtas cœlum contraxit & ignes
1 *Niues ⏑ - q̄ de ⏑ - ducant -- Iouem ⏑⏑*
2 *Nunc mare - ⏑⏑ nunc ſyl -- uæ - .*

Scripſit & hoc genere hanc vnam oden.

Decimum ſeptimum eſt dicolon diſtrophon. Primus verſus eſt hexameter. Secundus dimeter iambicus acatalectus, cuius exemplum eſt:

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Obliuionem ſenſibus.

Scripſit hoc genere odas duas.

Decimumoctauum huic confine eſt, dicolon diſtrophon, primum verſum hexametrum habet: ſecundum Iambicum trimetrum acatalectum, ſed puris Iambis compoſitum, quod in vna tantùm oda Horatius feciſſe legitur:

Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas,
Suis & ipſa Roma viribus ruit.

Decimumnonum Monocolon eſt, puris Iambicis

bis constans trimetris acatalecticis, de quibus satis abunde dictum est.

Scripsit hoc genere hanc oden vnicam:

Iam tam efficaci do manus scientiæ.

Atqui hæc ea potissimum caussa adiecimus, vt pueri ex optimo lyricorum Poëta discerent, quænam carminum genera optimè commisceri possint: ne propriium in his iudicium secuti, turpiter & ineptè fortassis à veterum consuetudine deficerent. Quamuis enim aliæ multæ metrorum commixtiones tradi possint, hæ tamen vt vsitatissimæ ita & suauissimæ & laudatissimæ sunt. Nunc reliqua carminis accidentia absoluemus.

DE DISPOSITIONE PEDVM. Caput. XXI.

Dispositio pedum ratio est, qua cognoscimus pedes, quibus in locis venustè & eleganter ponãtur, vt in Iambicis locos pares decenter Iambus vel tribrachys occupat: & his similia, de quibus hactenus satis dictum esse videtur.

Huc tamen pertinent, quæ de versuum figuris Grammatici tradiderunt. Vbi primò notandum, quod figuræ maiores dicuntur, in quibus dactyli plures fuerint, minores verò in quibus abundauerint spondæi. Figuræ Maiores Minores

Est autẽ in metro figura, pedum variatio per singulos suos locos. Has autem triginta duas carmen heroicum recipit: Iambicum mille, centum & viginti quinque. Nos verò omnibus omissis heroicis

roici figuras breuiter perſtringemus, vt & huius accidentis aliquem guſtum pueri habeant.

Sunt autẽ in heroico genere figurarum modi tres:

Primus eſt μοσχιματικὸς, cùm aut oẽs pedes ſpondæi fuerint, quod rarius eſt, aut oões dactyli, excepto vltimo, quem ſpondæum aut trochæum eſſe conuenit, qui verſus & dactylici ducuntur, vt:

Panditur interia domus omnipotentis Olimpi.

Habet aũt hic modus figuras duas, vnam ſcilicet ex meris ſpondæis, & ex puris dactylis alteram.

Secundus modus πενταχιμαλικὸς dicitur, cùm verſas ex quinq; primis pedibus vel vnũ tantũ habet ſpondæũ ſyllabarũ ſcilicet exiſtẽs ſedecim, vt:

Hic labor, ille domus & inextricabilis error.

Vel vnũ tãtũ dactylũ, ſyllabas habẽtes tredeci, vt:

Exquirunt, mactant lectas de more bidentes.

Habet autem hic modus figuras decem: quinq; videlicet, cùm ſpondæus variatur inter quatuor dactylos, & aliàs quinquè cùm dactylus variatur inter quatuor ſpondæos.

Tertius modus δεκαεξαχημαμολικὸς eſt, cùm verſus ex quinque pedibus primis vel duos habet dactylos vel duos ſpondæos. Dactylos quidem, vt:

At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris.

Spondæos verò duos, vt:

Signa tibi dicam, tu condita mente tenento.

Habet hic modus figuras viginti, decem ſcilicet, cùm duo ſpondei inter tres dactylos variantur: & aliàs decem cùm duo dactyli variantur, inter tres ſpondæos. Omnium verò figurarum typos ſubiȝ-

subiycere noluimus: quilibet enim vel mediocris iudicij, eas per se constituet.

DE CAESVRA. Caput. XXIII.

SEptimum carminis accidens cæsura est, quam Diomedes Mansionem, Græci, κόμμα ἡφ τομήν *appellauerunt.*

Est ea certa pedũ in medio versus intersectio, ita vt pars eorum ad præcedentẽ dictionẽ, pars ad sequentem referatur. Magna eius in carmine virtus est & elegãtia: hæc enim efficit vt diuersæ dictiones pedũ vinculis coniunctæ, non soluta sed ligata oratione incedere videantur. Quare nec apud Grammaticos hi versus pro Heroicis habentur, qui ab omni cæsura liberi & soluti cõpositi sunt, qualis est si dicas.

Vrbem fortem nuper cepit fortior hostis. Hunc certè expronuntiatione nihil omnino à prosa oratione differre intelliges.

Sunt aũt cæsuræ species tres. πενθημιμερὴς, *id est, semiquinaria,* ἑφθημιμερὴς, *id est, semiseptenaria &* ἡ τριτου, *quam alij Trochaicã tertiam nominãt. Tetrapodia enim, quã Diomedes Bucolicã appellat, magis inter carminis passiones numeranda est: quare de illa superius est dictum.*

Semiquinaria cæsura est, cũ post duos pedes simplices vna syllaba relinqtur, quę dictionẽ absoluit, vt,

Omnia - υυ vincit à - υυ mor. Sic aũt dicta est, quòd duo pedes & semis diuisi secundum ἄρσιν & θέσιν, quinque partes efficiant.

Semiceptinaria est, quando post tres simplices pedes relinquitur syllaba, quæ dictionẽ absoluat. vt,

Tityre - ⏑⏑ tu patu - ⏑⏑ læ recu - ⏑⏑ bans.

Et hæc eadem ratione, qua superior, nomen suum obtinuit.

Trochaica tertia, siue ἡγατὰ τρίτου ea est, quando post duos pedes simplices duæ syllabæ restant, quæ dictionem absolunt: quarum prior longa & altera breuis, Trochæum constituant: vnde etiam Trochaica dicitur, vt,

Coniugi - ⏑⏑ umq́ do - ⏑⏑ mumq́ - ⏑.

Vna o - - mnes fe - - cere - ⏑ &c.

Nonnulli & quartã Trochaicam addunt, quando in quarto pede cæsura in trochæũ finitur: quæ quia rarissimè occurrit, alijs tãquam inutilis reijcitur. Talis autem est in hoc versu,

Si tamen - ⏑⏑ inspici - ⏑⏑ as spi - - nosa - ⏑ mathemata, disces.

Fieri autem potest, vt in vnũ versum omnes cæsura incidant. Heroicum autẽ (vt modò diximus) cæsurę omni carere nullo modo conuenit.

Tanta autem cæsurę vis est, vt syllaba breuis, si in eam inciderit, nõnunquam pro longa habeatur, in primis autem in semiquinaria: quanquam etiam in semiseptinaria idem contingat, vt,

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Hîc enim vltima in amor syllaba breuis natura, propter cæsurã semiquinariã producitur. Item,

Ostentans artem pariter arcumq; sonantem.

Vbi syllabam ter, natura breuem cæsuræ vi productam cernis.

Rationes huius varias afferunt, mihi aũt ea commodissima videtur, quę ex pedũ proportiõe desumpta

pta est. Cùm enim Heroici carminis pedes, spondæus scilicet & dactylus, tot in eleuatione, quot in depositione tempora habeant, tantisper in ea syllaba breui licet immorandum est, qua in eleuationis loco, id est prima pedis parte ponitur, quàtisper in ipsa depositione, quę secundà pedis pars est, immorare solemus. Ad quam rationem coniunctionē encletica Que pertinet, vt:

Lappa--q; tribu-vv liq; interq; nitētia culta.

Sed hæc & huiusmodi exemplà nunc ad positionē, nunc ad Græcorum imitationem referunt.

DE SCANSIONE. Caput XXIIII.

Scansio est legitima carminis per singulos pedes cōmensuratio. Sic dicta per similitudinem. Quēadmodū enim p gradus vel ascēdēdo vel descēdēdo pedes nunc attollimꝰ, nūc deponimꝰ: sic in carminis mēsuratione singulos pedes aut demēsiōes nūc per ἄρσιν eleuamꝰ, nūc per θέσιν deprimimus. Vt vero singulorū metrorū scansionē expeditè absoluere possis, accurata & pfecta tū pedū tū syllabarū cognitiōe opus est. Scādūtur aūt alia per Monopodia, p Dipodia vel syzygia alia: de qua re vt plura adyciā opꝰ nō est. Liberū enim cuiq; esse puto, vt eā mēsurādi rationē sequatur, quę sibi commodissima fuerit, modo in numeris non aberretur.

Accidunt autē scansioni octo præcipuè: synecphonesis, dialysis, synalœphe, Ecthlipsis, parellipsis, diaplasiasmus, systole & diastole.

Synecphonesis, quæ & episynalœphe vocatur & syzesis, est duarum syllabarum in vnam comprehensio: sic dicta ἀπὸ τῆς συνεκφωνεῖν, quod

simul enunciare significat: quia duæ per se syllaba una voce & spiritu simul enuntiantur, vt:

Cui nec a-υυ pud Danaos, &c. Hic enim dictio cui dissyllaba pro vna tantùm effertur.

Referũtur autẽ huiꝰ variæ speciẽs: nã aut duæ lõgæ aut duæ breues in vnã lõgã, vel duæ brues in vnã breuẽ cõiũguntur, & alia huiũsmodi: quæ eò omitti mus, qꝫ à quouis diligẽti Poẽtarum lectione facile possint obseruari. Differt autẽ à Synãlœphe, quod hæc necessitate committitur, & in diuersis dictionibus, synecphonesis autẽ lege caret, sed pro scribentis arbitrio aut poni aut omitti solet.

Dialysis huic contrãria est, ἀπὸ τοῦ δύω λύω, id est, dissoluendo dicta: quia syllabam vnam in duas resoluit, vt:

Quod zo--nam solu-υυ it diu ligatam.

Et apud Ouidium in Fastis hoc Pentamet.

Posthumio Lenas prosoluere mihi.

In his enim exẽplis syllabã penultimã in verbo soluere in duas diuisas, v & e scilicet resolutã vides. Sunt qui hanc eandẽ esse cum Diæresi putent: differt autem ab hac. Dialysis enim non aliter, quam carminis ratione deprehenditur, Diæresis vero etiam scripto notari consueuit, vt aulai in medio, &c. pro aulæ. Qua ratione etiam synæresis dicitur ea vocalium coniunctio, quæ per signum aliquod notari solet, vt Orphei pro Orphei.

Synaloephe, δύο συλλαβῶν εἰς τὰ φωνήεντα ἕνωσις, id est, duarum syllabarum per vocales coniunctio. Manifestius autem intelligitur, si dixerimus esse congluinationem quandam dictionum

per

per vocales concurrentium: cùm ſcilicet prior in vocalem exit, & poſterior à vocale inchoat. Tum enim propter κακοφωνίαν, *quæ duplici vocalium hiatu committitur, prioris dictionis finalem vocalem per initialem ſequentis intercipiunt, vt:*

Iamq; ade-uu ro ſuper, &c.

Hîc enim primæ dictionis vltimũ, E, *cũ prima ſequẽtis litera,* A *colliſũ intercipitur. Nihil verò hìc impedit, etiã ſi ſequẽs dictio ab aſpiratiõe* H *incipiat, cũ ea litera nõ ſit. De qua re initio libri ſatis dictũ eſſe opinor. Nõnunquã autem Poëta ſynalcœphen omittere ſolent, maximè ſi vocalis longa præcedat vel diphthongus, quæ deinde per generalem regulam corripitur, vt: Inſula-uu Ionio in magno, &c.*

Quanquã ſæpe cõtingat, vt vocales longæ ſic poſitæ quantitatẽ ſuam retineat, vt apud Virgilium:

Amphi-- on Dir-- cæus in-uu Actæ-- o
Ara-uu cyntho--.

Ĩn primis autẽ huc pertinent ô, heu, ah, & ſimiles his interiectiones, quæ mentis affectum ſignificant, quæ nunquã elidi ſolent: quia per ſe ſolæ dictionẽ abſoluunt, quare vna litera eliſa, nihil reſtaret, cum affectum notas manifeſtas eſſe oporteat, vt:

O. vti-uu nam tum cum Lacedæmona claſſe petebat.

Et Metamorph. 5.

Et his Io Arethuſa-Io Arethuſa vocanit.

Item:

Heu vbi-uu pacta fides.

Committitur etiam ſynalcœphe in Hypermetris,

ita

ita vt abundans finalis syllaba in vocalem finita intercipiatur a vocali, quæ in initio sequentis versus sita est, vt:

Aerea cui gradibus surgebant limina, nexæ--q.
Aere tra-- bes, &c.

Quod nonnunquam in lyrisis diuerso modo cõtingit, vt scilicet initium Procæphali versus cum fine precedentis collidatur, cuius exemplum suprà citauimus.

Ecthlipsis huius finitima est: quenadmodũ enim synalœpha vocales, ita hæc consonantes etiam elidit. Omnium autẽ vsitatissima est, & quam non permissum modò, sed necessarium etiam est vsurpare, qua M finale cum sua vocali eliditur, si sequẽs dictio a vocali incipiat, vt:

Arma-- tam faci-uu bus ma-- trem & ser--pentibus atris.

In quo versu syllaba trem cum coniunctione & in vnam syllabã collisa est. Carẽt autẽ hac Figura Græci: qa nulla apud hos dictio in m terminatur.

Aliquando tamen Ecthlipsim omissam reperies, quod non lege sed per licentiam Poeticam factum intelliges: nec apud alios quàm veteres id factum esse inuenitur, vt apud Ennium:

Insignita fere tum millia militum-uu octo.

Quædam etiam huius generis apud Lucretium sunt. Vnicum verò huius exemplũ mihi apud Ouidium videre licuit in epistola Oenones ad Paridẽ, si modò Aldinum exemplar castigatum eo loco est:

Digna sum-uu & cupio fieri matrona potẽtis.
Sunt mihi, quas possint sceptra decere, manus.

Qua-

Quo tamen loco nõnulli codices dignaq; legunt, vt verbum, ſum, cum coniunctione, & collidatur.

Veteribus etiam moris erat elidere conſonantem s, vt apud Cæcilium:

Vicinus ô ſocij & magnã pugnauimus - uu pugnã.

Et apud Ennium citante Cicerone:

Vicit Olympia, nunc ſenio confectus qui - uu eſcit.

Cuiuſmodi & illud Vergilianum videri poteſt:

Inter - - ſe coi - uu iſſe vi - uu ros, et de - - cernere bello.

Vbi in dictione viros, non s modò eliſum, ſed & ſynalœphe in vocali o admiſſa eſt. Huc autem & Comica hæc pertinent, vin, pro vis ne, & viden' pro vides ne, &c. Solent præterea Comici nõnunquam etiam d & v conſonantem elidere: quæ tamen inuſitata magis ſunt.

Parelipſis dicta eſt παρὰ τὸ παραλείπειν, q; præterire & relinquere ſignificat. Eſt aũt cum conſonãs in medio dictionis elidit ur. Maximè verò in duplicatis locum habet: qua ratione apud Terẽtiũ aliquando in Pronomine ille, alterum l elidi ſolet.

Diplaſiaſmus huic contrarius eſt, q; vel ex nomine patet. Διπλασιάζεστε enim idẽ eſt quod duplum facere vel geminare. Fit aut, cù conſonans, quæ ſimplex eſſe debebat, geminatur: huiuſmodi multa apud Vergilium inuenies, vt relligio, relliquiæ, repperio, reppeto, rettulit, p religio, reliquę, reperio, repeto & retulit, &c. In hac tamen Figura nihil citra veterum exemplum conandum temerè videtur, quemadmodum nec in ſequentibus:

Syſtole ἀπὸ τοῦ συστέλλειν, id eſt, corripiendo nomen habet: & tunc contingit, cùm ſyllaba, quæ natu-

natura longa est, corripitur, vt apud Ouidium.

Tu caue -υυ defendas, quamuis mordebere dictis.

Hic enim caue vltima corripit, cùm natura producatur. Eadem ratione quidam Prudentium defendunt, qui idolum media correpta dixit: Quòd idem apud Gualterum Poëtam legitur Alexandreidos lib. 4. in hoc versu:

Ne tamen infamet gentem, & genus, idola -υυ regum, &c.

Diastole superiori contraria est, ἀπὸ τοῦ διαστέλλειν dicta, [illegible] uere & dirimere significat, qua fit, [illegible] natura breuis producatur: qua ratione [illegible] primam in voce Diana produxit, d[illegible]

Exer--cet D[illegible] choros, &c.

Quo & nonnulli [illegible]nem, Italia, referunt, quæ apud eundē semper [illegible] producta inuenitur, cùm Grammatici corripiendam esse contendant. Hanc autem Figuram alij ἔκτασιν ab extendendo nimirum vocauerunt.

Hactenus, quæ de carminum ratione pueris idonea videbantur, recensuimus simplicissima, quantum per nos fieri potuit, Methodo. Reliquas orationis Figuras & schemata, quibus cum florere oportet, qui Poëtarum albo adscribi velit, omisimus: quia alij hæc compendiosè simul & sufficientur descripserunt.

FINIS.